INCIPIT PREFATIO
SCI· HIERONIMI· EVANGELIORUM·

LVRES
FVISSE
QVI EVANGELIA
SCRIPSERUNT ET LVCAS
euangelista testatur dicens·
Quoniam quidem multi conati
sunt ordinare narrationem rerum
quę in nobis completę sunt· sicut
tradiderunt nobis qui ab initio ipsi
uiderunt sermonem & ministraueꝝ a·
& peruenerunt ad uos usq: ad presens tempus mon
menta declarant· quę a diuersis auctoribus
edita diuersarum hęresium fuere principia·
ut est illud iuxta egyptios· & thomam & mat
thiam· & bartholomeum· duodecim quoq: aposto
lorum· & basilidis atq: appellis· & reliquorum quos
enumerare longissimum est· Cum hoc tantum
in presentiarum necesse sit dicere· extitisse quosdā
qui sine spū & gratia di conati sunt ordinare ma
gis narrationem quam historię texere ueritatem·
Quibus iure potest illud ꝓphęticum coaptari· uę
qui ꝓphętant de corde suo· qui ambulant post
spiritum suum· qui dicunt· hęc dicit dns· & dns

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Cim 163 (= Hom 23343, p. 1-7)

I

Festa in quibus Abbas sollemniter cantat Officium:
Index etiam Euangeliorum quæ cantari solent
in eusmodi solennibus Festiuitatibus.

1	Circumcisio Dñi nri IHV Xpi	Euangeliu:	In principio erat: folio 134. Scdm Joan	Cap: 1
2	Epiphania Dñi	Euangel:	Postquam consummati sunt: Folio 85 scdm Lucam 3 Cap	
3	Purificatio B: Mariæ		Cum natus esset IHS: Folio 2. scdm Matthæum	Capite 1°.
4	Festum S: Benedicti Abbis		Postquam impleti sunt dies: 86 Lucæ 1 cap:	
	Annunciationis B: Mariæ		Ecce nos reliquimus cia. 20. Matthæu 19 cap	
	Cæna Domini		Mulier est Anglias: 87. Lucæ 1 cap:	
	Resurrectio Xpi		Ante diem Festum Paschæ. 157. Joan: 11 cap.	
	Inuentio S: Crucis		Maria Magdalene et M: 77 Marcu 13 cap:	
	Ascensio Dñi		Erat heme ex Phariseis. 137. Joan. 2 cap:	
	Dedicatio Ecclie		Recumbenti dy Undecim: 78. Marcu 13 cap	
	Pentecostes		Ingressus IHS perambulabat 118 Lucam 17 cap.	
	Festum SS: Feriæ Penthec:		Si quis diligit me: Scdm 109 Joan: 15 cap:	
	Item SS: Trinitatis.		Amen dico uobis: 151 Joan: 9 cap:	
	Corporis Xpi		Cum uenerit Paraclytus: 161 Joan: 15 cap:	
	Petri et Pauli Apl'orum		Caro mea uere est cibi. 145 Joan. 6 cap:	
	Commemorationis S: Benedicti		Venit IHS in partes Cæs: 24 Matthæu 16 cap.	
	Assumptionis B: Mariæ		Nemo Lucernam accedit 105 Lucæ 11 cap.	
	Translationis S: Anastasiæ		Intrauit IHS in quoddã. 104 Lucæ 10 cap.	
	Nativitatis B: Mariæ		Simile est reg: Cæl: x: Virg: 37 Matthæi 25 cap	
	Michaelis Archangeli		Liber generationis IHV: Xpi: 1. Matthæu 1 cap.	
	Omnium Sanctorum		Accesserunt discipuli ad IHVm: 25 Matthæu 18	
			Videns IHS turbas: 5 Matthæi 5	

INCIPIT PREFATIO
SCI· HIERONIMI· EVANGELIORUM·

LVRES
FVISSE
QVI EVANGELIA
SCRIPSERUNT ET LVCAS
euangelista testatur dicens·
Quoniam quidem multi conati
sunt ordinare narrationem rerum
quę in nobis completę sunt· sicut
tradiderunt nobis qui ab initio ipsi
uiderunt sermonem & ministraueꝝ a·
& peruenerunt ad uos usq: ad presens tempus mon
menta declarant· quę a diuersis auctoribus
edita diuersarum hęresium fuere principia·
ut est illud iuxta egyptios· & thomam & mat
thiam· & bartholomeum· duodecim quoq: aposto
lorum· & basilidis atq: appellis· & reliquorum quos
enumerare longissimum est· Cum hoc tantum
in presentiarum necesse sit dicere· extitisse quosdā
qui sine spū & gratia di conati sunt ordinare ma
gis narrationem quam historię texere ueritatem·
Quibus iure potest illud ꝓphęticum coaptari· uę
qui ꝓphętant de corde suo· qui ambulant post
spiritum suum· qui dicunt· hęc dicit dns· & dns

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

non misit eos· De quibus & saluator in euangelio
iohannis loquitur· Omnes quotquot me ueneruñ
fures fuerunt & latrones· Qui uenerunt· non
quia missi sunt· Ipsorum ait· Veniebam· & ego
non minabam eos· Inuentionibus presumptio
nem detraxit· Non misisti obsequium seruitutis est·
Ecclesia uñ que super petram dñi uoce fundata
est· quam introduxit rex in cubiculum suū·
& ad quam pforamen desensionis occulte misit
manum suam similis dammulę hinnuloq; cer
uorum· quatuor flumina paradysi inter
ans· quatuor angulos & anulos habet· p quos
quasi arca testamenti & custos legis dñi ligus
mobilibus uehitur· Primus omnium matheus
est publicanus cognomento leui· qui euangeliū
iudee hebreo sermone edidit· ob eorum uel
maxime causam qui in ihm crediderant ex iudeis·
& nequaquam legis umbrā succedentē euangelii
ueritatem seruabant· Secundus marcus interpres
apostoli petri & alexandrine ecclesie primus epūs·
qui dñm quidem saluatorem ipse non uidit· sed
ea que magistrum audierat predicantem iuxta
fidem magistrorum narrauit quam ordinem·
Tertius lucas medicus natione syrus antiocensis
cuius laus in euangelio· qui & ipse discipulus
apostoli pauli in achaye bithinięq; partib; uolu
men condidit· quędam altius repetens· & ut ipse

in pemio confitetur audita magis quam uisa de
scribens. Ultimus iohannes apostolus & euan
gelista quem ihc amauit plurimum. qui supra
pectus dñi recumbens purissima doctrinarum
fluenta potauit. & qui solus de cruce meruit au
dire. ecce mater tua. Is cum esset inuia & iam
tunc hereticorum semina pullularent cherinthi
& hebionis & ceterorum qui negant xpm in car
ne uenisse. quos & ipse in epistola sua antixpos
uocat. & apostolus paulus frequenter queritur
coactus est ab omnib: pene tunc asie epis. & mul
tarum ecclesiarum legationibus de diuinitate
saluatoris altius scribere. & ad ipsum iter ita dicam
di uerbum non tam audaci quam felici temeritate
prumpere. ut ecclesiastica narret hystoria. cum
a fratrib: cogeretur ut scriberet. ita facturum se re
spondisse. si indicto ieunio in commune omnes
dñm precarentur. Quo expleto. reuelatione satu
ratus in illud pemium ecclo uenienis eructuauit.
In principio erat uerbum. & uerbum erat apud
dñm. & ds erat uerbum. hoc erat in principio apud
dñm. Hec igitur quatuor euangelia multo ante
predicta ezechielis quoq: uolumen probat. in quo
prima uisio ita contexitur. Et in medio sicut
similitudo quatuor animalium. & uultus eorũ
facies hominis. & facies leonis. & facies uituli.
& facies aquile. Prima hominis facies matheum

significat·qui quasi de homine exorsus est scri
bere· Liber generationis ihv xpi filii dauid·filii
abraham· Secunda marcum·in quo uox leonis
in heremo rugientis auditur· Vox clamantis in
deserto parate uiam dñi· rectas facite semitas eius·
Tertia ut uli·que euangelistam lucam a Zacha
ria sacerdote sumpsisse initium prefigurat·
Quarta iohannem euangelistam·qui assumptis
pennis aquile &ad altiora festinans de uerbo di
disputat·Cetera que secuntur in eundem sensum
proficiunt·Crura eorum recta & pennata pedes·
& quocumq; spūs ibat ibant & non reuertebantur·
& dorsa eorum plena oculis·& similiter ac lampa
des in medio discurrentes·& rota in rotam·& in
singulis quatuor facies· Unde & apocalypsis
iohannis post expositionem uigini quatuor
seniorum qui tenentes cythoras & fialas adorant
agnum di introducit fulgura & tonitrua·&
septem spūs discurrentis·& mare uitreum·& qua
tuor animalia plena oculis dicens· Animal pri
mum simile leoni·& secundum simile uitulo·
& tertium simile homini·& quartum simile
aquile uolanti· Et post paululum· plena inquit
erant oculis·& requiem non habebant die ac noc
te dicentia·Sēs· sēs·sēs dñs ds omps qui erat &
qui est·& qui uenturus est· Quibus cunctis pspi
cue ostenditur quatuor tantum euangelia debere

suscipi· & omnes apocriforum nenias mortuis magis hereticis quam ecclesiasticis uiuis canendas·

EPLA IEROMI· BEATO PP DAMASO IERONIMVS·

QUUM OPUS MEUM FACERE COGIS EX VETERI· UT post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam· & quia inter se uariant que sint illa que cum greca consentiant ueritate decernam· Pius labor sed periculosa presumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum· semis mutare linguam· & canescentem iam mundum ad inicia retrahere parvulorum· Quis enim doctus pariter uel indoctus cum inmanus uolumen assumpserit· & aliud quam semel imbiberit uiderit discrepare quod lectitat· non statim erumpat in uocem me falsarium· me clamans esse sacrilegum· qui audeam aliquid in uetustis libris addere· mutare· corrigere· Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur· quod & tu qui summus sacerdos es fieri iubes· & uerum non esse quod uariat & iam maledicorum testimonio comprobet· Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda· respondeant quibus uetera sunt exemplaria pene quot codices· Si autem ueritas est querenda de pluribus· cur non ad grecam originem reuer-

tumus·ea que uel audacioſis interpretibus male
edita·uel aprſumptoribus imperitis emendata
peruerſius·uel alibariis dormitantib: aut ad
dita ſunt aut mutata corrigimus. Neq: uero
ego de ueteri nunc diſputo teſtamento quod
a lxx ſenioribꝫ in greca lingua uerſum tri
cio gradu ad nos uſq: puenit·Non quero quid
aquila·quid ſymmachus ſapiant·quid theo
dotion inter nouos & ueteris mediuſ incedat·
Sit illa uera interpre tatio quam apoſtoli
pluſquam·De nouo nunc loquor teſtamento
quod grecum eſſe non dubium eſt excepto mat
heo apoſtolo·qui primus in iudea euangelium
xpi hebraicis litteris edidit·hoc certe cum inno
ſermone diſcordat·& diuerſos ruuulorum trami
tes ducit·uno de fonte querendus eſt·Pretermit
to cos codices quos aluciano & hycio nuncupa
tos paucorum hominum aſſerit pueſa commio·
quibus utiq: nec inueteri inſtrumento poſt sep
tuaginta interpretes emendare quid licuit·nec
innouo pſumſe emendaſſe·cum multarum gentiū
linguis ſcriptum ante translata doceat falſa eſſe
que addita ſunt·Igitur hec p̄ſens p̄faciuncula
pollicetur quatuor tantum euangelia·quorū
ordo iſte eſt·matheus marcus lucas iohannes·
codicꝫ grecorum emendata collatione·ſed
uetrum que ne multum a lectionis latine con

ſuetudine diſcerpserint ne calamo imperitiores
ut hiſ tantum que ſenſum uidebuntur mutare
correctis· reliqua manere patiemur ut fuerunt·
Canones quoq; quos eusebius cesariensis epūs alex
andrinum secutus ammonium in decem nume
ros ordinauit sicut in greco habentur expressim·
Quod si qs de curiosis uoluerit nosse que meuangliū
ue eadē t' uerna t' sola sint· ex distinctione cognoscat·
Magnus siquidem hic in nrīs codicibus error in
olauit· dum quod ne eadem re alius euangelista
plus dixit· in alio quia minus putauerunt addi
derunt· ue dum eundem sensum alius alius ex
pressit· ille qui unum ex quatuor primum legerat·
ad eius exemplum cetros quoq; estimauerit emen
dandos· Unde accidit ut apud nos mixta sint om
nia· & in marco plura luce atq; matthei· Rursum
in matheo iohannis & marci· & in ceteris reliquo-
que in alios ppria sunt inuenientur· Cum itaq;
canones legeris qui subiecti sunt confusionis erro
re sublato· & similia omnium scies· & singulis sua
que q; restituies· In canone primo concordant
quatuor· matheus marcus lucas iohannes· In se
cundo tres· matheus marcus lucas· In tertio tres·
matheus lucas iohannes· In quarto tres· matheus
marcus iohannes· In quinto duo· matheus lucas·
In sexto duo· matheus marcus· In septimo duo·
matheus iohannes· In octauo duo· lucas marcus·

Innono duo· lucas iohannes· Indecimo ꝑpria uns
quisq; quę nonhabentur· inalijs ediderunt·
Singulis uero euangelijs ab uno incipiens usq; ad
finem librorum dispar numerus adertsetit· Hic
nigro colore ꝑscriptus subsehabet alium eximio
numerum discolorum· qui addecem usq; ꝓcedens
indicat prior numerus inquo sit canone requi
rendus· Cum igitur aperto codice uerbi gratia
illud fuerit illud capitulum scire uolueris cuius
canonis sit· statim exsubiecto numero doceberis·
& recurrens ad principia inquibus canonum est
distincta congries· eodemq; statim canone ex ti-
tulo frontis inuento illum quem querebas nume
rum eiusdem euangeliste qui & ipse exinscriptio
ne signatur inuenies· atq; cuicuno ceterorum ta
mentibus inspectis· quos numeros ex regione habeas
ad notabis· Et cumscieris· recurres ad uoluminа
singulorum· & sine mora repertis numeris quos
ante signaueras reppenes· & loca inquibus uel
eadem uel uicina dixerunt· OPTO UT IN XPO VA
LEAS· ET MEMINERIS MEI BEATISSIME PAPA·

EUSEBIUS CAPPIANO FRI IN DNO
SALUTEM·

EMONIUS QUIDEM
ALEXANDRINUS MAGNO STUDIO
atq; industria unum nobis ꝑ quattuor
euangelistas deretiquit· Namq; trium euangelio-

ſenſiſ exceptoſ omneſ ſimileſ contentuſq: matheu
angelio quaſi adunum congeſtoſ adnexuit·
ita ut eorundem quantum ad tenorem pinet
lectionis ſequenſiam ſtiluſ interruptuſ eſſe ui
deatur· Verum ut ſaluo corpore ſiue textu certoꝝ
hoc eſt euangeliumꝓpria & familiaria loca in
quibuſ eadem ſimiliterq: dixerunt ſcire poſſiſ ac
uere diſſerere· accepta occaſione exp̃dicti uiri ſtu
dio aliatione decem numero tibi titulos de
ſignaui· Quorum primuſ quatuor· inſe commet
numeroſ inquibuſ ſimilia abinuicem ſiſ dicta ſunt·
matheo· marco· luca· iohanne· Secunduſ inquib;
treſ· matheuſ· marcuſ· lucaſ· Tertiuſ inquibus
treſ· matheuſ· lucaſ· iohanneſ· Quartuſ inquibus
treſ· matheuſ· marcuſ· iohanneſ· Quintuſ inquib;
duo· matheuſ· lucaſ· Sextuſ inquibuſ duo· matheuſ
marcuſ· Septimuſ inquibuſ duo· matheuſ· iohes·
Octauuſ inquibuſ duo· marcuſ· lucaſ· Nonuſ in
quibuſ duo· lucaſ· iohanneſ· Decimuſ inquibus
ſinguli de quibuſdam ꝓprie ſcripſerunt· Et quā
dem ſubiectorum titulorum idem argumentum
clara uero eorum narratio hec eſt· Etenim ꝓſingula
loca euangeliorum quidam numeruſ uidetur
appoſituſ· paulatim incipiens· a primo· deinde
ſecundo· poſtremo treſ· & ꝓordinem librorum
finem uſq: ꝓgredienſ· Itaq: ꝓſingulos numeros
ſuppoſitio ꝓmimi diſtinctionem inuenitur

incerta·significans·cui decem tituli·apposit⁹ numer⁹ dinoscatur·uidelicet siquidem primum certum est in primo siue in secundo·& eodem modo usq: ad decem·Sic igitur uoluto uno quali cumq: de quatuor euangeliis cuilibet capitulo uidis insistere & rescire qui similia dixerint·& loca ꝓpria agnoscere singulorum in quibus eadem sunt ꝓlocuti eiusdem sensus quem tenes: relegens ꝓpositum numerum·quesitumq: cum inscripto quem demonstrat tituli subnotatio·continuo scire poteris ex suprascriptionibus quas in fronte notatas in uenies·qui aut quot de his que in quinis similia dixerint·Uenies etiam ad reliqua euangelia per eundem numerum quem contines: indebis apposit⁹ ꝑ singulos numeros·atq: ex his quis primus q: locis similia dixisse reppereris·

SCIENDUM ETIAM NEQUIM IGNARUM IN SIMILITUDINE numerorum errorem uolunt·quod sicut in subnotatione canonum distinctorum·in canone quolibet tres euangelistę bis uel ter uel quater aut etiam amplius eundem numerum p ordinem habuerunt adnotatum·& quartus econtrario discrepans·quod id quod tres illi eo loco semel dixerunt·quartus totiens in corpore uoluminis sui ponat·quotiens diuersi numeri ineius

LEGENDUM ETIAM NEQUIM IGNARUM IN SIMILITUDINE numerorum errorem uolunt·quod sicut in subnotatione canonum distinctorum·in canone quolibet tres euangelistę bis uel ter uel quater aut etiam amplius eundem numerum p ordinem habuerunt adnotatum·& quartus econtrario discrepans·quod id quod tres illi eo loco semel dixerunt·quartus totiens in corpore uoluminis sui ponat·quotiens diuersi numeri ineius

canone posita sunt · contra p̄dictorum numerorum
continuata similitudines · Item si in uno quolibet
eorum aut etiam duobus ibidem in canone nume
rus bis tr aut eo amplius reperiatur · in ordine
collocatus · & dissimiles inueniatur · in ceteris · dubiū
non erit quod id quod illius illorum uel canones
numeris bis tr repertum ab his in uolumine dic
tum sit · alterum uero eorum totiens in uno atq; eo
dem sensu loquantur · quotiens prenotatorum in
numerorum adnotatione distinctum · Hoc & in
omnium · viiii · canonum collatione seruabitur ·
ceterum in · x · quō ppria singulorum tantūmodo
continentur · non potest contra id compositio
esse quod solum est · OPTO UTIAM XPO UALIAS ·

semel

INCIPIT · PLOGUS SCI PRI
EVANGLM MATHEI ·

MATHEVS EXIU
DIA SICUT IN ORDINE PRIMUS
ponitur · ita euangelium in iudea
primus scripsit · cuius uocatio addm ex publica
nis actibus fuit · duorum in generatione xpi
principia presumens · unus cuius prima circum
cisio in carne · alterius cuius secundum cor electio
fuit · & ex utrisq; in patribus xpe · Sicq; quaternā
rio numero triformiter posito · principium accr
dendi fide in electionis tempus porrigens · & ex
electione usq; ad transmigrationis diem dirigens ·

atq; atranſmigrationiſ die uſq; in xp̄m defini
ens· decurſam aduentuſ dn̄i oſtendit genera-ti
onem· ut & numero ſatisfaciens & tempori· & ſe
quod eſſet oſtenderet· & di in ſe opuſ monſtranſ
tiam in his quorum genuſ poſuit xp̄i operamus
a principio teſtimonium non negaret· Quarum
omnium rerum· tempuſ· ordo· numeruſ· diſpo
ſitio ꝛc ratio quod fidei neceſſarium eſt dñs xp̄c
eſt· qui factuſ eſt ex muliere· factuſ ſub lege· natuſ
ex uirgine· paſſuſ in carne· omnia in cruce fixit·
ut triumphanſ tam in ſemetipſo reſurgens in
corpore· & patriſ nomen in patrib; filio· & filii
nomen patri reſtituens in filiuſ· ſine principio· ſine
fine oſtendens unum ſe cum patre eſſe· quia unuſ ē·
Inquo euangelio mile eſt deſideratibuſ dm ſic
prima uel media uel poſtrema cognoſcere· ut & no
cationem apoſtoli & opuſ euangelii· & dilectionē
di in carne naſcentiſ p uniuerſa legentiſ intelle
gant· atq; id in eo in quo adprehenſi ſunt· & app̄
hendere expetunt recognoſcant· Nobiſ enim hoc
in ſtudio argumenti fuit· & fidem facere ſi tradi
re· & operamuſ di intellegendam diligenter eſſe
diſpoſitionem querentibuſ non tacere·

EXPLICIT PROLOGVS

INCIPIUNT CAPITULA.

·I· NATIVITAS XPI· MAGI CUM MUNERIBUS VENIUN·
& ioseph abangelo ꝑ uisum ammonitus cumpuero
& matre eius in egyptum fugit· infantes interficiuntur·

·II· Regressio ihv exegypto in nazareth· de babtismate iohis
in iordane· de xpi babtismate·

·III· Hic post ieunium xl dierum & xl noctium temptatur
adiabolo· petrum & andream iacobum & iohannem
piscatores conuocat· & circuiens galileam uarios
languores hominum curat·

·IIII· Beatitudo & certa mandata· idest de homicidio· de
oblatione· de adulterio· de oculo vel manu eruenda·
uxorem nisi ob adulteriū n dimittendam· de iuramen
tis· de oculo & dente· inimicos diligendos· de elemosinis·

·V· Oratio· ieunium· de thesauro in celum· lucernam corpis
esse oculum· & non posse duob; dominis seruire· nec
cogitandum de esca & uestimento· uolatilibus & liliis
agri· & sollicitudine dica·

·VI· Non esse iudicandum· de festuca & trabe in oculo· de marga
ritis ante porcos· petendum quarendum· & pulsandum·
de pseudo ꝓphetis· quia non omnis qui dicit mihi dñe
dñe intrabit in regnum celorum· de domo edificata
super petram uel harenam·

·VII· Descendens de monte leprosum mundat· puerum centurio
nis paralyticum curat· socrum petri a febribus liberat·
de plurimis curis· & scribe uolenti se sequi dicit non habe
re filium hominis ubi caput reclinet· atq; ut alios relicto

patris corpore sequantur precepit·

·VIII· In nauicum dormientem excitant discipuli ut tempestatē
sedaret· & intrans grasenorum demonia eicit·

·VIIII· Vbi paralitico ut lectum ferat matheam conuocat· ac phariseis
murmurantibus de conuicio publicanorum dicit non
esse opus sanis medicum· discipulis iohannis interrogan
tibus quare non ieiunarent discipuli eius parabolam pan
ni & scissure & uini noui ponit· filiam principis mortuā
dum uadit suscitare mulierem a fluxio uentris· ceci oculi
aperiuntur· surdum & mutum doemonium eicit· &
in principe doemoniorum id facere dicitur·

·X· Duodecim apostolos p̄mittit cum omni doctrina· ac dicit
quod non uenit pacem mittere in terram sed gladium·

·XI· Iohannes de carcere ad ihm mittit· & ihc de iohanne ad turbā
loquitur· atq; increpat ciuitates quę p̄nitentiam non age
runt· confessio ihu ad patrē· & iugum dni leue esse· ·XII· Di
scipuli spicas uellunt· manum aridam sanat· hominem
a doemonio· cecum & mutum curat· & in principe doemo
niorum id facere opinantes destruit· phariseis petentibus
ionę & ninuitarum signum ponit· matrē & frs spernit·

·XIII· Sedens in naucula ihc turbis parabolas exponit· id est se-
minantis semen centesimum sexagesimum & tricesimū·
de zizania inimico· de grano sinapis· de fermento abscondito in farina· & exsoluit parabolas zizaniorum discipulis·
parabolas de thesauro in agro· de bona margarita· de mit
misso in mare; p̄phetam in patria sua sine honore esse·

·XIIII· De iohannis capite in disco· de quinq; panib; & duob; piscib;

in quinq; milia uiroſ·ihc ſupra mare ambulat·& petrū
alleuat·& innata geneſar multoſ languoreſ curat·
·XV· Decmanib; lauandiſ·& de hiſ quę de ore exeunt quia coin
quinant non quę intrant in hominem·filiam mulieriſ
ſyropheniſſe adormonio curat·& ſecuſ mare galilee clo
doſ ęcoſ & mutoſ ſanat·
·XVI· Deſeptem panib; & pauciſ piſcib; & quatuor mil hommꝫ·
de ſignatione ppheę·de fermento phariſeorum·de
epiſcopatu petri·quem increpat & dicit·crucem ſuam
tollere debere unumquemq; qui uult dnm ſequi·&
dicit non uiſuroſ quoſdam mortem·donec uideant
filium hominiſ in regno ſuo uenire·
·XVII· Inmonte cum moyſe & helia apparet·& uox de ęlo ad
eum·unde deſcendentib; heliam iam uenisſe & non eſſe
ſuſceptum manifeſtat·puerum lunaticum ſaluat·&
de fide ut granum ſinapiſ docet·de ſtatere in ore piſciſ·
·XVIII· Decbumiliterate ſicut puerum·& de manu & pede·& oculo
eruendo·& ne minimū ſcandalizari·quorum angelos
faciem patriſ in ęliſ ſemp uidere teſtatur·correpto fratrū
quod indulgeri debeat alterutrū uſq; ſeptuagieſ ſeptieſ·
·XVIIII· Qui conſeruum ſuum ppter denarioſ centum ſuffocat·uxo
rem non debere dimitti·& de eunuchiſ infantiſ non eſſe
arcendoſ a benedictione·diuitem difficile intrare in reg
num ęlorum·& centuplū acceptuꝝ q̄ oīb; ſſ renunciauer·
·XX· Deprimiſ nouiſſimoſ fieri·parabolam operariorum in uineā
conductorum·de filiiſ zebedei·& de primiſ accubitiſ
cene·de duobuſ ęciſ ceciſ uam ſedentibuſ·

·xxi· D casina & pullo cuſ· & ubi nummularioſ eiecit de templo·
clamantibuſ pueriſ oſanna· de ficu que arida facta eſt·
interrogatur inqui poteſtate hec faceret ipſe interrogat
de iohannis babtiſmate· & ſub umgenſ parabolam homi
niſ qui filioſ ſuoſ in uineam mittit· & quod publicani
& meretrices intrent in regno di multoſ ſacerdotū & ſcribarū iniq̄ peſſun-
·xxiii· P arabola de uinitoribꝫ; qui interficiunt ad ſe miſſoſ· parabola
ubi inuitati contemnunt uenire ad nuptiaſ·
·xxiiii· D e inſcriptione & imagine ceſariſ· de muliere que unguentū habuit
fratriſ templatuſ apharieiſ interrogat eoſ de xp̄o cuius
filius ſit· & ad diſcipulos ut que phariſei dicunt fiant ſed
que faciunt non fiant·
·xxv· I nterpat ſcribaſ & phariſeoſ de pſelitu· de iuramento de
camelo & culice & calice & catinola lauando· & monumēta
de albatiſ· & monumentiſ ꝓphetarum· & aliiſ multiſ
ierm hieruſalē· de ſtructura templi & ſignis nouiſſimis
dierum· & diebuſ breuitatiſ· de pſeudo xp̄is· de pſeudo
ꝓphetiſ· de aduentu ſaluatoriſ & occaſu elementorum·
de decem uirginibꝫ; de talentiſ· de oūibꝫ; adextris & hediſ
ſiniſtriſ & de operibuſ eorum·
·xxvi· D e conſilio iudeorum· de comp̄hendo ih̄u· de muliere
que unguento pfudit ih̄m· iudaſ p̄mium petit ut tradat
ih̄m· cenans de iuda tradtore ſuo ad diſcipulos loquit̄· obla
·xxvii· P cuo dicit quod tercio pullorum cantu abnegaturuſ
eum eſſet· oratione ih̄u ad patrem· iudaſ ih̄m oſculo
tradidit· & petruſ auriculam abſcidit· ih̄s falſiſ teſtib;
c̄demnatur & illuditur· petruſ tercio abnegat & la

crimatur· ihc pilato tradit̃ur· & iudas laqueo se suspen
dit· de agro figuli· iudicium pilati· & de barraba latrone·
xxvi assio ihv & sepultura & rsurrectio eius· itemq; manda
ta & doctrina eius de babtismo·

&mercurices in regno di multos sacerdotū & scribarū in pessim-

·XXIII· P arabola de unitorib; qui interficiunt ad se missos parabola

ubi mutati contempnunt uenire ad nuptias·

·XXIIII· D e inscriptione & imagine cesaris de muliere que vu habuit

fratres temptatus a pharisei interrogat eos de xpo cuius

filius sit & a discipulos ut que pharisei dicunt fiant sed

que faciunt non fiant·

·XXV· I nterpat scribas & phariseos de pselito de unguento de

camelo & culice & calice & catinola uando & monumū

de albatis & monumentis pphetarum & aliis mutis-

terim hierusalē de structura templi & signis nouissimo-

rum & diebus bruitatis de pseudo xpis de pseudo

pphetis de aduentu saluatoris & occasu elementorum

de decem uirginib; de talentis de quib; a dextris & hedis

a sinistris & de operibus eorum· I tio eius·

·XXVI· C e consilio iudeorum de comp̄hendo ihū de muliere

que ungento p̄fudit ihū iudas p̄mium petit ut tradat

ihm cenans de tradītore suo ad discipulos loquit obla

·XXVII· P cto dicit quod tercio pullorum cantu abnegaturus

eum esset orationes ihū ad patrem iudas ihm osculo

tradidit & petrus auriculam abscidit ihs falsis testib;

c̄demnatur & illuditur petrus tercio abnegat & la



MATH	MARC	LVC	IOHS
viii	ii	viii	x
xi	iiii	x	vi
xi	iiii	x	xii
xi	iiii	x	xiiii
xi	iiii	x	xxviii
xiiii	v	xiiii	xv
xxiii	xxvii	xvii	xlvi
xxiii	xxvii	xxxiiii	xlvi
xxiii	xxvii	xlv	xlvi
lxx	xx	xxxvii	xxxviii
xcviii	xcvi	cxvi	cxx
xcviii	xcvi	cxvi	cxi
xcviii	xcvi	cxvi	xl
xcviii	xcvi	cxvi	cxliiii
xcviii	xcvi	cxvi	cxxviiii
xcviii	xcvi	cxvi	cxxxi
cxxxiii	xxxvii	lxxvii	cviiii
cxli	l	xviiii	lviiii
cxlii	li	xxi	xxxv
cxlvii	lxiiii	xciii	xlviii
clxvi	lxxxii	xciiii	lxxiiii
clxvi	lxxxii	xciiii	xvii
ccviiii	cxviii	ccxxxiiii	c
ccxi	cxxi	ccxxxviii	xxi
ccxx	cxxii	ccxxxviiii	lxxxv
ccxx	cxxviii	cclii	lxxxviii
ccxx	cxxviii	ccli	lxxvii
ccxl iiii	cxxxviii	ccl	cxlvi
ccxl iiii	cxxxviii	ccl	cxli
cclxxiiii	clvi	cclx	xx
cclxxiiii	clvi	cclx	xlviii
cclxxiiii	clvi	cclx	xcvi
cclxxvi	clviii	lxxiiii	xcviii
cclxxx	clxii	cclxviii	cxxii
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lv
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxiii
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxv
cclxxxiiii	clxv	cclxvi	lxvii
cclxxxvi	clxx	cclxxv	cxxvi
ccxci	clxxii	cclxxviii	clvi



MATH MARC LVC IOH

cc xc iiii
cc xc v
cc xc v
ccc
ccc
ccc ii
ccc iiii
ccc vi
ccc vi
ccc x
ccc xiii
ccc xiiii
ccc xiiiii
ccc xv
ccc xvi iiii
ccc xx
ccc xx v
ccc xx vi
ccc xx vi
ccc xxx v
ccc xxx vi
ccc xxx vi
ccc xl iii
ccc xl vi ii
ccc xl vi iiii
ccc l ii
ccc l ii

cl xx v
cl xx vi
cl xx vi
cl xxx i
cl xxx i
cl xxx iiii
cl xxx iiiii
cl xxx vii
cl xxx vii
cxc i
cxc iiii
cxc v
cxc v
cxc vi
cxc viiii
cc
cc iiii
cc v
cc v
cc vi
cc vi iiii
cc x
cc xii
cc xiiii
cc xv
cc xv
cc xx iii
cc xx vii
cc xx viii
cc xxx i
cc xxx i

cl xx xi
cl xx xii
cl xx xii
cl xx xv
cl xx xv
cl xx xvi
cl xx xvi iiii
cc xc
cc xc
cc xc vii
cc xc iiii
cc xc i
cc xc i
cc xc ii
ccc
ccc ii
ccc x
ccc xi
ccc xiii
ccc xiiii
ccc xv
ccc xv iii
ccc xx i
ccc xx iiii
ccc xx v
ccc xx vi
ccc xx vi iiii
ccc xxx ii
ccc xxx iii
ccc xxx v i
ccc xxx v i

cl xx i
l vii
xl ii
cl viii
lxx viiii
cl x
cl xx
cl xii
cl xx iiii
lx viiii
cl xx ii
cl xv iii
cl xv i
cl xx v
cl xx vi
cl xx viii
cl xx iiii
cl xx viii
cxc iiii
cxc vi
cxc vii
cxc vii
cc i
cxc viiii
cxc viii
cxc viii
cc iiii
cc vi
cc viii
cc viiii
cc x i


CANON SECVNDVS IN QVO TRACTAT
MATH
MARC
LVC

MATƀ

MARC

LVC

MATH	LVCAS	IOHS
I	xiiii	I
I	xiiii	III
I	xiiii	V
VII	VI	II
VII	VI	XXV
LVIIII	LXIII	CXVI
LXIIII	LXV	XXXVII
XC	LVIII	CXVIII
XC	LVIII	CXXXVIIII
XCVII	CCXI	CV
CXI	CXVIIII	CXLVIII
CXI	CXVIIII	XXX
CXI	CXVIII	CXIIII
CXII	CXVIIII	LXXXVII
CXII	CXVIIII	XLIIII
CXII	CXVIIII	LXI
CXII	CXVIIII	VIII
CXII	CXVIII	LXXVI
CXII	CXVIIII	XC
CXII	CXVIII	CLIII
CXII	CXVIIII	CXLII
CXLVI	XCII	XLVII

MATH	MARC	IOHS
xviii	viii	xxvi
cxvii	xxvi	xciii
cxvii	xxvi	xcv
cl	lxvii	li
clxi	lxxvii	xxiii
clxi	lxxvii	liii
cciiii	cxv	xci
cciiii	cxv	cxxxv
ccxvi	cxv	cl
ccxvi	cxv	cxxviii
ccxvi	cxv	cxxxvii
ccxvi	cxv	cxxxiii
ccxvi	clviiii	xcviii
ccl xx viiii	clxi	lxxii
ccl xx viiii	clxi	ccxxi
ccl xx xvii	clxviii	cli
cc xc iii	clxxiiii	cvii
cc xc viii	clxxviii	lxx
cc xc viiii	clxxx	ciii
ccc vii	clxxxviii	clxiiii
ccc xxi	cc i	clxxx
ccc xxi	cc i	cxciii
ccc xciii	ciii	clxxxiii
ccc xxviiii	ccvii	clxxxv
ccc xxviiii	ccvii	clxxxvii
cccxxiii	cc xi	cciii


MATH
IVCAS
MATH
MARC

v
xvIIII
xvIIII
xvIIII
cxx
clxxxv
ccvII

LxxxIII
xvIIII
xxxII
xxxIIII
LxxxII
ccxv
cI

xxIIII
xxxv
xxvII
xxvII
xxvIII
LxxxIIII
LxxxvIIII
xcI
c
cIII
ccxLvII
ccLxxvII
cccxxxv

xcI
xIIII
xvI
xxvIII
xvII
xlvIII
lvI
lxI
lxxv
xlvII
cxxxvI
ccxvI
cc xxx

xxx
xxx
ccLxII
ccLxII
ccLxIIII
ccLxxIIII
ccLxxxIIII
cccIII
cccvII
cccxII
cccIII
cccvII
cccxII
cccIII
cccvII

ccxvIIII
ccxxII
cxIIII
cxxIIII
ccxxvII
ccxxvIIII
ccxxxI
cxc
cxc
cxc
clxxxvI
clxxxvI
clxxxvI
ccxIIII
ccxvII
ccxxI
ccxxIII
ccxxv

MATH M.R.C LVCAS IOHS.

II
IIII
VI
XIII
XXIIII
XXVII
XXVIIII
XXXV
XXXVII
XXXVIIII
XLII
XLV
LIII
LVI
LXXV
LXXXI
LXXXVIIII
XC
XCVIII
C
CVI
CVIIII
CXIII
CXV
CXVIII
CXXIIII
CXXXVI
CXXXVI
CXL
CLI
CLV
CLXVII
CLXXI
CLXXVII
CLXXXI
CLXXXIIII
CLXXXVI
CLXXXVIII
CXCI
CXCVI
CC
CCX
CCXII
CCXVIII
CCXXII
CCXXVIII
CCXXXX
CCXXXIII
CCXXXVIIII
CCXL
CCXLIII
CCXLVI
CCXLVIII
CCL
CCLIII
CCLV
CCLVII
CCLVIIII
CCLXI
CCLXIII
CCLXV
CCLXVII
CCLXVIIII
CCLXXI
CCLXXIII
CCLXXV
CCLXXVII
CCLXXVIIII
CCLXXXI
CCLXXXIII
CCLXXXV
CCLXXXVII
CCLXXXVIIII
CCXCI
CCXCIII
CCXCV
CCXCVII
CCXCVIIII
CCC
CCCII
CCCIIII
CCCVI
CCCVIII
CCCXI
CCCXIII
CCCXV
CCCXVII
CCCXVIIII
CCCXXI
CCCXXIII
CCCXXV
CCCXXVII
CCCXXVIIII
CCCXXXI
CCCXXXIII
CCCXXXV
CCCXXXVII
CCCXXXVIIII
CCCXLI
CCCXLIII
CCCXLV
CCCXLVII
CCCXLVIIII
CCCL
CCCLII
CCCLIIII
CCCLVI
CCCLVIII
CCCLXI
CCCLXIII
CCCLXV
CCCLXVII
CCCLXVIIII
CCCLXXI
CCCLXXIII
CCCLXXV
CCCLXXVII
CCCLXXVIIII
CCCLXXXI
CCCLXXXIII
CCCLXXXV
CCCLXXXVII
CCCLXXXVIIII
CCCXCI
CCCXCIII
CCCXCV
CCCXCVII
CCCXCVIIII
CD
CDII
CDIIII
CDVI
CDVIII
CDXI
CDXIII
CDXV
CDXVII
CDXVIIII
CDXXI
CDXXIII
CDXXV
CDXXVII
CDXXVIIII
CDXXXI
CDXXXIII
CDXXXV
CDXXXVII
CDXXXVIIII
CDXLI
CDXLIII
CDXLV
CDXLVII
CDXLVIIII
CDL
CDLII
CDLIIII
CDLVI
CDLVIII
CDLXI
CDLXIII
CDLXV
CDLXVII
CDLXVIIII
CDLXXI
CDLXXIII
CDLXXV
CDLXXVII
CDLXXVIIII
CDLXXXI
CDLXXXIII
CDLXXXV
CDLXXXVII
CDLXXXVIIII
CDXCI
CDXCIII
CDXCV
CDXCVII
CDXCVIIII
D
DII
DIIII
DVI
DVIII
DXI
DXIII
DXV
DXVII

Sᵒᵘ⁊ aſadꝛum

NERATIONIS IHV
XPI FILII DAVID FILII
ABRAHAM

ꝟ.i.
·iii·
L·xiiii·
i·x·iii·v·

Abraham genuit ysaac·ysaac autem genuit iacob·
Iacob autem genuit iudam & fratres eius·iudas
autem genuit phares & Zaram de thamar· Phares
autem genuit esrom·esrom autem genuit aram·
Aram autem genuit amminadab·amminadab
autem genuit naasson· Naasson autem genuit
salmon·salmon autem genuit booz de raab·
Booz autem genuit obeth ex ruth·obeth autem
genuit iesse· Iesse autem genuit dauid regem·
dauid autem rex genuit salomonem ex ea quae
fuit uriae· Salomon autem genuit roboam·
roboam autem genuit abia·Abia autem genuit
asa·asa autem genuit iosaphath· Iosaphath
autem genuit ioram·ioram autem genuit oziam·
Ozias autem genuit ioatham·ioatham autem ge
nuit achaz· Achaz autem genuit ezechiam·
Ezechias autem genuit manasse· Manasses aũt
genuit ammon·ammon autem genuit iosiam·
Iosias autem genuit iechoniam & fratres eius·in
transmigratione babylonis· Et post transmi
grationem babylonis·iechonias genuit salathiel·
Salathiel autem genuit zorobabel·zorobabel au
tem genuit abiud· Abiud autem genuit elia
chim·eliachim autem genuit azor· Azor autẽ
genuit sadoch·sadoch autem genuit achim·
Achim autem genuit eliud·eliud autem genuit

dtalar· Ɵ talar autem genuit mathan· mathan
autem genuit iacob· iacob autem genuit
ioseph uirum marie· de qua natus est ihc vc
qui uocatur· xpc ivc· ~

Omnes ergo generationes ab abraham usq; ad
uid generationes xiiii· & a dauid usq; ad trans
migrationem babylonis generationes xiiii· &
a transmigratione babylonis usq; ad xpm gene
rationes quatuordecim·

PLAVTꝰ GENERALI

sic erat· Cum esset desponsata mater eius
maria ioseph· antr quam conuenirent in
uenta est in utero habens de spu scō·
Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet
eam traducere· uoluit occulte dimittere eam·
Hec autem eo cogitante· ecce angelus dñi in som
nis apparuit ei dicens· Ioseph fili dauid· noli
timere accipere mariam coniugem tuam· Quod
enim in ea natum est· de spu scō est· Pariet autem
filium· & uocabis nomen eius ihm· Ipse enim sal
uum faciet populum suum a peccatis eorum·
Hoc autem totum factum est· ut adimpleretur
quod dictum est a dño p prophetam dicentem·
Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium· &
uocabunt nomen eius emmanuhel quod est
interpretatum nobiscum ds· Ɵ exurgens autē

ioseph a somno· fecit sicut ei p̄cepit angelus dn̄i·
Et accepit coniugem suam· & non cognoscebat
eam donec peperit filium suum primogenitum·
& uocauit nomen eius ih̄m·

CVM GERSONAIVS ESSET IHC
in bethlem iudae in diebus herodis regis· ecce
magi ab oriente uenerunt hierosolimam dicentes·
Ubi est qui natus est rex iudeorum· Vidimus
enim stellam eius in oriente· & uenimus adorare
eum· Audiens autem herodes rex turbatus est·
& omnis hierosolima cum illo· Et congregans
omnes principes sacerdotum & scribas popu-
li· sciscitabatur ab eis ubi xp̄s nasceretur·

Dñica V
post VII
Lucas

At illi dixerunt ei· In bethlem iudae· Sic enim
scriptum est p̄ prophetam· Et tu bethlem terra
iuda· nequaquam minima es in principibus iuda·
ex te enim exiet dux qui regat populum meum
israel·

Dñica VI
post
Epiphanie

Tunc herodes clam uocatis magis· diligenter didicit
ab eis tempus stellę quae apparuit eis· Et mittens
illos in bethlem dixit· Ite· & interrogate diligen
ter de puero· & cum inueneritis renunciate mihi
ut & ego ueniens adorem eum· Qui cum audissent
regem abierunt· Et ecce stella quam uiderant
in oriente antecedebat eos· usq; dum ueniens
staret supra ubi erat puer· Videntes autem stellã·

gauisi sunt gaudio magno ualde·
Et intrantes domum inuenerunt puerum
cum maria matre eius· Et procidentes adora
uerunt eum· Et apertis thesauris suis obtule
runt ei munera aurum thus & myrram· Et re
sponso accepto insomnis ne redirent ad hero
dem· per aliam uiam reuersi sunt in regionem
suam· Qui cum recessissent· ecce ANGELVS
dñi apparuit insomnis ioseph dicens· Surge
& accipe puerum & matrem eius· & fuge in
egyptum· & esto ibi usq; dum dicam tibi· Futu
rum est enim· ut herodes querat puerum ad p
dendum eum· Qui consurgens accepit puerum
& matrem eius nocte & recessit in egyptum· &
erat ibi usq; ad obitum herodis· ut adimpleretur
quod dictum est a dño per ꝓphetam dicentem·
Ex aegypto uocaui filium meum· Tunc herodes
videns quoniam illusus esset a magis· iratus est
ualde· & mittens occidit omnes pueros qui erant
in bethleem & in omnibus finibus eius a bimatu
& infra· secundum tempus quod exquisierat a
magis· Tunc adimpletum est· quod dictum est per
hieremiam ꝓphetam dicentem· Uox in rama
audita est· ploratus & ululatus multus· rachel
plorans filios suos· & noluit consolari quia
non sunt·

·II· ⁊ FVNCTO AVTEM
herode· ecce angℓus dñi apparuit in
somnis ioseph in egypto dicens· Surge
& accipe puerum & matrem eius· & uade in terrã
israhel· Defuncti sunt enim· qui querebant animã
pueri· Qui surgens· accepit puerum & matrem
eius· & uenit in terram israhel· ¶ Audiens autem
quia archelaus regnaret in iudea pro herode pa
tre suo· timuit illo ire· Et ammonitus in somnis
secessit in partes galileę· & ueniens habitauit in
ciuitate quę uocatur nazareth· ut adimpleretur
quod dictum est p prophetas· quo nazareus
vocabitur·

Ꝺ vii
L iii vii
e
I ii
ꝑ xxv

IN DIEBUS AUTEM illis·
Venit iohannes babtista· predicans in deserto iu
dee & dicens· Poenitemini agite· ad ppinqua
bit enim regnum celorum·

Ꝺ viii
Ꝺ i ii
L vii
I x

Hic est enim· qui dictus est per ysayam ꝓphetam
dicentem· Vox clamantis in deserto· parate uiam
dñi· rectas facite semitas eius·

Ꝺ viii
Ꝺ vi
Ꝺ iii

Ipse autem iohannes habebat uestimentum de pilis
camelorum· & zonam pelliciam circa lumbos suos·
Esca autem eius erat locuste & mel silueste·
Tunc exibat ad eum hierosolima & omnis iudea·
& omnis regio circa iordanen· Et babtizabantur
ab eo in iordane confitentes peccata sua·

Uidens autem multos pharisæorum & sadducæorũ
uenientes ad baptismum suum· dixit eis· Proge
nies uiperarum· quis demonstrauit uobis fugere
a futura ira· Facite ergo fructum dignum poe
nitentiæ· & ne uelitis dicere intra uos· patrem
habemus abraham· Dico enim uobis· quoniam
potens est ds de lapidibus istis suscitare filios
abrahæ· Iam enim securis ad radicem arborum
posita est· Omnis ergo arbor quæ non facit fruc
tum bonum· excidetur & in ignem mittetur·
Ego quidem uos baptizo in aqua in poenitentiã·
qui autem post me uenturus est fortior me est·
cuius non sum dignus calciamenta portare· Ipse
uos baptizabit in spũ scõ & igni·
Cuius uentilabrum in manu sua· & permundabit
aream suam· & congregabit triticum suum in
horreum· paleas autem comburet igni inex
tinguibili·

TUNC UENIT IHC A GALILEA IN IORDANEM AD
iohannem· ut baptizaretur a eo· Iohannes autẽ
prohibebat eum dicens· Ego a te debeo baptizari·
& tu uenis ad me· Respondens autem ihc· dixit
ei· Sine modo· sic enim decet nos adimplere om
nem iustitiam· Tunc dimisit eum·
Baptizatus autem ihc· confestim ascendit de aqua·
Et ecce aperti sunt ei cæli· & uidit spm di

descendentem sicut columbam· & uenientem
super se· Et ecce uox de celis dicens· Hic est
filius meus dilectus· in quo mihi complacui·

VNC IHC DVCTVS EST

Ab xv
Ab vi
L xv

est in desertum a spu· ut temptaret a diabolo·
Et cum ieiunasset quadraginta diebs
& quadraginta noctibus· postea esurit·
Et accedens temptator· dixit ei· Si filius di
es· dic ut lapides isti panes fiant· Qui respon
dens· dixit· Scriptum est· non in pane solo
uiuit homo· sed omni uerbo quod procedit
de ore di· Tunc assumpsit eum diabolus in scam
ciuitatem· & statuit eum supra pinnaculum
templi· & dixit ei· Si filius di es· mitte te deor
sum· Scriptum est enim· Quia angelis suis man
dauit de te· & in manibus tollent te· ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum· Ait illi ihc
rursum· Scriptum est· non temptabis dñm dm
tuum· Iterum assumpsit eum diabolus in
montem excelsum nalde· & ostendit ei omnia
regna mundi & gloriam eorum· & dixit illi·
Hec omnia tibi dabo· si cadens adoraueris me·
Tunc dicit ei ihc· Uade satanas· Scriptum est
enim· dñm dm tuum adorabis· & illi soli seruies·

Ab xv
VI
Ab vi

Tunc reliquit eum diabolus· & ecce angeli acces
serunt & ministrabant ei·

Cum autem audisset ihc quod iohannes traditus
esset· secessit in galileam·
Et relicta ciuitate nazareth· uenit & habitauit
in capharnaum maritimam in finibus zabulon
& neptalim· ut adimpleretur· quod dictum est
per esayam pphetam· Terra zabulon & terra nep
talim· uia maris trans iordanem galilee gentiu·
populus qui sedebat in tenebris lucem uidit
magnam· & sedentibus in regione umbre mor
tis· lux orta est eis·
Exinde cepit ihc predicare & dicere· Poenitemi
am agite· adpropinquabit enim regnum celorū·
AMBVLANS AVTEM IHC
mare galilee· uidit duos fratres symonem qui
uocatur petrus & andream fratrem eius mittē
tes rete in mare· Erant enim piscatores·
Et ait illis· Uenite post me· & faciam uos fieri
piscatores hominum· At illi continuo relictis
retibus· secuti sunt eum·
Et procedens inde· uidit alios duos fratres· iacobū
zebedei & iohannem fratrem eius in naui cum
zebedeo patre eorum reficientes retia sua· & uo
cauit eos· Illi autem statim relictis retibus &
patre secuti sunt eum·
Et circuibat ihc totam galileam docens in synago
gis eorum· & predicans euangelium regni· &

sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam syriam. & obtulerunt ei omnes male habentes: varijs languoribus & tormentis comprehensos. & qui demonia habebant. & lunaticos. & paralyticos. & curauit eos. Et secuti sunt eum turbe multe de galilea. & decapoli. & de hierosolimis. & de iudea. & de transiordanis.

Dominica
V
Solus

VIDENS AUTEM IESUS turbas. ascendit in montem. Et cum sedisset. accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum. docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum.

Dominica
V
Lucas

Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram.

Dominica
V
Solus
Dominica
V
Lucas

Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur.

Dominica
V
Lucas

Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur.

Dominica
V
Solus

Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum.

Dominica
V
Lucas

Beati estis cum maledixerint uobis & persecuti uos fuerint & dixerint omne malum aduersum uos mentientes: propter me. Gaudete & exultate.

quoniam merces uñ copiosa est in cęlis· Sic enim
persecuti sunt ꝓphetas qui fuerunt ante uos·
Uos estis sal terre· Quod si sal euanuerit in quo
salietur· ad nihilum ualet ultra nisi ut mittatur
foras· & conculcetur ab hominibus·
Vos estis lux mundi· Non potest ciuitas abscondi
supra montem posita· neq; accendunt lucernam
& ponunt eam sub modio sed sup candelabrum·
ut luceat omnibus qui in domo sunt· Sic luceat
lux uña coram hominibus· ut uideant uña bona
opera· & glorificent patrem uŕm qui in cęlis est·
Nolite putare· quoniam uenī soluere legem aut
prophetas· Non uenī soluere· sed adimplere·
Amen quippe dico uobis· donec transeat cęlum
& terra· iota unum aut unus apex non preteribit
a lege donec omnia fiant·
Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis
& docuerit sic homines· minimus uocabitur in
regno cęlorum· Qui autem fecerit & docuerit·
hic magnus uocabitur in regno cęlorum·
DICO ENIM UOBIS· QUIA NISI
abundauerit iustitia uña plusquam scribarum
& phariseorum· non intrabitis in regnum cęlorū·
Audistis quia dictum est antiquis· Non occides·
Qui autem occiderit· reus erit iudicio· Ego
autem dico uobis· quia omnis qui irascitur

fratri suo · reus erit iudicio · Qui autem dixerit
fratri suo raca · reus erit concilio · Qui autem
dixerit fatue · reus erit gehennę ignis · Si ergo
offers munus tuum ad altare & ibi recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum
te · relinque ibi munus tuum ante altare · & va
de prius reconciliare fratri tuo · & tunc ueniens
offeres munus tuum ·

xxxvi
v
Lelxii

Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in
uia cum eo · ne forte tradat te aduersarius iudici ·
& iudex tradat te ministro · & in carcerem mittaris ·
Amen dico tibi · non exies inde donec reddas
nouissimum quadrantem ·

xxxvii
x
Solve

Audistis quia dictum est antiquis · non mechaberis · Ego autem dico uobis · quoniam omnis qui
uiderit mulierem ad concupiscendam eam · iam
mechatus est eam in corde suo · Quod si oculus
tuus dexter scandalizat te · eruе eum & proice
abs te · Expedit enim tibi ut pereat unum mem
brorum tuorum · quam totum corpus tuum mit
tatur in gehennam · Et si dextera manus tua
scandalizat te · abscide eam & proice abs te · Ex
pedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum · quam totum corpus tuum eat in ge
hennam · Dictum est autem · quicunq; dimise
rit uxorem suam · det illi libellum repudii ·

Ego autem dico uobis· quia omnis qui dimise
rit uxorem suam excepta causa fornicationis·
facit eam mechari· Et qui dimissam duxerit ad
ulterat· Iterum audistis quia dictum est an
tiquis· Non periurabis· Reddes autem dño iu
menta tua· Ego autem dico uobis non iurare
omnino· neq; per celum quia thronus dei est· neq;
per terram quia scabellum est pedum eius· neq;
per hierosolimam quia ciuitas est magni regis·
neq; per capite tuum iuraueris· quia non pote
unum capillum album facere aut nigrum·
Sit autem sermo ur· est est· non non· Quod aũt
his abundantius est· a malo est· Audistis quia
dictum est oculum pro oculo· dentem pro
dente· Ego autem dico uobis· non resistere malo·
Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuã·
præbe illi & alteram· Et ei qui uult tecum iudi
cio contendere & tunicam tuam tollere· di
mitte ei & pallium·
Et quicunq; te angariauerit mille passus· uade
cum illo alia duo· Qui petit a te da ei· & uolenti
mutuari a te ne auertaris·
Audistis quia dictum est· diliges proximum tuũ·
& odies inimicum tuum· Ego autem dico uob·
Diligite inimicos uros· benefacite his qui odie
runt uos· & orate pro persequentibus & calumni

ambus uos· ut sitis filii p.tris uri qui in cęlis
est· qui solem suum oriri facit sup bonos & ma
los· & pluit sup iustos & iniustos·

Si enim diligatis eos qui uos diligunt· quam
mercedem habebitis· Nonne & publicani hoc
faciunt· Et si salutaueritis fratres uros tantū·
quid amplius facitis· Nonne & ethnici hoc
faciunt· Estote ergo uos pfecti sicut & pater
uester cęlestis perfectus est·

Attendite ne iustitiam uram faciatis coram homi
nibus· ut uideamini ab eis· Alioquin mercedē
non habebitis apud patrem urm qui in cęlis est·
Cum ergo facis elemosinam noli tuba canere
ante te sicut hypocrite faciunt in synagogis &
in uicis· ut honorificentur ab hominibus· Amen
dico uobis· receperunt mercedem suam· Te autē
faciente elemosinam· nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua· ut sit elemosina tua in absco
so· & pater tuus qui uidet in abscoso· reddet tibi·

Et cum oratis non e-
ritis sicut hypocrite qui amant in synago
gis & in angulis platearum stantes orare·
ut uideantur ab hominibus· Amen dico uobis·
receperunt mercedem suam· Tu autem cum ora·
bis intra in cubiculum tuum· & clauso ostio tuo ora
patrem tuum in abscoso· & pater tuus qui uidet

in abſconſo rddet tibi·

Oramꝰ autm· nolite multum loqui ſicut ethnici·
Putant enim· quod in multiloquio ſuo exau
diantur· Nolite ergo aſſimilari eis· Scit enim
pat̄r ūr quid opus ſit uobis· ant̄ quam petatis
eum· Sic ergo uos orabitis·

PATER NR QVI ES IN CŒLIS
ſ· ſanctificetur nomen tuum· Ueniat regnum
tuum· Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra·
Panem nr̄m ſup ſubſtantialem da nobis hodie·
Et dimitte nobis debita nr̄a ſicut & nos dimit
timus debitoribus nr̄is· Et ne nos induc as in
temptationem· Sed libera nos a malo·

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum·
dimittet & uobis pat̄r ūr celeſtis delicta ūra·
Si autem non dimiſeritis hominibus· nec pat̄r
ueſter dimittet peccata ūra·

CUM AUTEM IEIUNATIS
nolite fieri ſicut hypocrite triſtes· Exterminant
enim facies ſuas· ut pareant hominib; ieiuan
tes· Amen dico uobis· quia receperunt mercedem ſuam· Tu autem cum ieiunas· unge caput
tuum & faciem tuam laua· ne uidearis homini
bus ieiunans· ſed pat̄ri tuo qui eſt in abſconſo· &
pat̄r tuus qui uidet in abſconſo reddet tibi·
Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra· ubi

erugo & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt & furantur.

℣ xlvi
℣
Lclvi

Thesaurizate autem uobis thesauros in cęlo: ubi neq; erugo neq; tinea demolitur: & ubi fures non effodiunt nec furantur: Vbi enim est thesaurus tuus: ibi est & cor tuum.

℣ xlvii
℣
Lxxxvii

Lucerna corporis tui est oculus tuus: Si fuerit oculus tuus simplex: totum corpus tuum lucidum erit: Si autem oculus tuus nequam fuerit: totum corpus tuum tenebrosum erit: Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt: ipse tenebre quante erunt?

℣ xlviii
℣
Lxvi

NEMO POTEST DVOBVS domini seruire: aut enim unum odio habebit & alterum diliget: aut unum sustinebit: & alte

℣ xlviii
℣
Lcl

rum contemnet: Non potestis do seruire & mamone: ideo dico uobis: ne solliciti sitis anime uře quid manducetis: neq; corpori uro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam uestimentum? Respicite uolatilia cęli quoniam non seruunt neq; metunt: neq; congregant in horrea: & pater uester cęlestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Quis autem uřm cogitans potest adicere ad statura sua cubitum unum? Et de uestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo cres

cunt· non laborant neq; nent· Dico autem uobis·
quoniam nec salomon in omni gloria sua co
opertus est sicut unum existis· Si autem fenum
agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur
ds sic uestit· quanto magis uos minime fidei·
Nolite ergo sollicti esse dicentes· quid manducabimus· aut quid bibemus· aut quo operiemur· Hec enim omnia gentes inquirunt·
Scit enim pater ur· quia his omnib; indigetis·
Querite ergo primum regnum di & iustiam
eius· & hec omnia adicientur uobis· Nolite ergo
sollicti esse in crastinum· Crastinus enim dies
sollicitus erit sibipsi· Sufficit diei malicia sua·

NOLITE IVDICARE· VT NON VI·
iudicemini· In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini· Et in qua mensura
mensi fueritis remetietur uobis·

Quid autem uides festucam in oculo fris tui· &
trabem in oculo tuo non uides· Aut quomodo
dicis fratri tuo· sine eiciam festucam de oculo
tuo· & ecce trabes est in oculo tuo· Hypocrita·
eice primum trabem de oculo tuo· & tum uidebis
eicere festucam de oculo fratris tui·

Nolite dare scm canibus· neq; mittatis margaritas
uras ante porcos· ne forte conculcent eas pedibus
suis· & conuersi disrumpant uos·

Petite & dabitur uobis· querite & inuenietis· pulsate & aperietur uobis· Omnis enim qui petit accipit· & qui querit inuenit· & pulsanti aperietur· Aut quis est ex uobis homo· quem si petierit filius suus panem· numquid lapidem porriget illi· Aut si piscem petierit· numquid serpentem porriget ei· Si ergo uos cum sitis mali nostis bona dare filius uris· quanto magis pater ur qui in celis est dabit bona petentibus se·

Omnia ergo quecumq; uultis ut faciant uobis homines· & uos facite eis· Hec est enim lex & pphete·

Intrate p angustam portam· quia lata porta & spaciosa uia que ducit ad perditionem· & multi sunt qui intrant p eam· Quam angusta porta & arta uia que ducit ad uitam· & pauci sunt qui inueniunt eam·

Attendite a falsis pro
phetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium· intrinsecus autem sunt lupi rapaces· A fructibus eorum cognoscetis eos·

Numquid colligunt de spinis uuas· aut de tribulis ficus·

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit· mala autem arbor· fructus malos facit· Non potest arbor bona fructus malos facere· neq; arbor mala fructus bonos facere· Omnis arbor que non

facit fructum bonum · excidetur & in ignem
mittitur · Igitur ex fructibus eorum ·
cognoscetis eos ·

Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit in
regnum ꝯlorum · sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in ꝯlis est · ipse intrabit in regnū
ꝯlorum ·

Multi dicent mihi in illa die · dñe dñe nonne in
nomine tuo ꝓphetauimus · & in tuo nomine
demonia eiecimus · & in tuo nomine uirtutes
multas fecimus · Et tunc confitebor illis quia
numquam noui uos · discedite a me qui operamini iniquitatem ·

Omnis ergo qui audit uerba mea hec & facit ea ·
assimilabitur uiro sapienti · qui ædificauit
domum suam supra petram · & descendit pluuia ·
& uenerunt flumina · & flauerunt uenti · &
irruerunt in domum illam · & non cecidit · fun
data enim erat supra petram · Et omnis qui au
dit uerba mea hec & non facit ea · similis erit uiro
stulto · qui ædificauit domum suam sup harenā ·
& descendit pluuia · & uenerunt flumina · & fla
uerunt uenti · & irruerunt in domum illam · &
cecidit · & fuit ruina eius magna · VI

Factum est cum consummasset ihc uerba
hec · admirabantur turbe sup doctrina eius ·

Erat enim docens eos sicut potestatem ha
bens· & non sicut scribe eorum & phariseo·

℣ ℔ lx
℣ lviii
℣ xi
℣ xviii
Lxxxiii

Cvm avtem descendisset de monte· secute
sunt eum turbe multe· Et ecce leprosus
veniens· adorabat eum dicens· Dñe si vis·
potes me mundare· Et extendens manum
tetigit eum ihe· dicens· Volo· mundare·
Et confestim mundata est lepra eius· Et ait
illi ihc· Vide nemini dixeris· sed vade ostende
te sacerdoti· & offer munus quod precepit
moyses in testimonium illis·

℣ ℔ lxiii
℣ iii
L lxv
Lxxxvii

Cum autem introisset capharnaum· accessit ad
eum centurio· rogans eum & dicens· Dñe· pu
er meus iacet in domo paralyticus· & male
torquetur· Et ait illi ihc· Ego veniam· &
curabo eum· Et respondens centurio ait·
Dñe non sum dignus ut intres sub tectum
meum· sed tantum dic verbo· & sanabitur
puer meus· Nam & ego homo sum sub po
testate habens sub me milites· & dico huic
vade· & vadit· & alii veni & venit· & servo
meo fac hoc· & facit· Audiens autem ihc mi
ratus est· & sequentibus se dixit· Amen dico
vobis· non inveni tantam fidem in israhel·

℣ ℔ lxv
℣
Lclxxxix

Dico autem vobis· quod multi ab oriente & oc
cidente venient· & recumbent cum abraham

& ysaac & iacob in regno ẽ̃lorum· filii aũt
regni eicientur in tenebras exteriores· ibi erit
fletus & stridor dentium·

Et dixit ihũ centurioni· Uade· & sicut credi
disti· fiat tibi· Et sanatus est puer in illa hora·

Et cum venisset ihc in domum petri· uidit
socrum eius iacentem & febricitantem· Et
tetigit manum eius· & dimisit eam febris·
Et surrexit & ministrabat ei· Uespere aũt
facto· obtulerunt multos demonia haben
tes· & eiciebat spiritus uerbo· & omnes male
habentes curauit· Ut adimpleretur quod dic
tum est per esayam pphetam dicentem· Ipse in
firmitates nras accepit· & egrotationes porta
uit· Uidens autem ihc turbas multas circum
se· iussit ire trans fretum·

Et accedens unus scriba· ait illi· Magister· sequar
te· quocumq; ieris· Et dicit ei ihc· Uulpes fo
ueas habent & uolucres celi nidos· filius aũt
hominis non habet ubi caput suum reclinet·
Alius autem de discipulis eius ait illi· Dñe·
permitte me primum ire· & sepelire patrem meũ·
Ihc autem ait illi· Sequere me· & dimitte mor
tuos sepelire mortuos suos· ℣ III·

Ascendente eo
in naviculam· secuti sunt eum discipli

eius· Et ecce motus magnus factus est in ma
ri· ita ut nauicula operiretur fluctibus· Ipse
uero dormiebat· Et accesserunt· & suscitauer
unt eum dicentes· Dñe· salua nos perimus·
Et dicit eis· Quid timidi estis modicæ fidei·
Tunc surgens imperauit uentis & mari· & facta
est tranquillitas magna· Porro homines· mira
ti sunt dicentes· Qualis est hic· quia uenti &
mari obediunt ei· Et cum puenissent trans
fretum in regionem gerasenorum· occurrerun
ei duo habentes demonia de monumentis
exeuntes seui nimis· ita ut nemo posset transire
per uiam illam· Et ecce clamauerunt dicentes·
Quid nobis & tibi iHV fili dei· ueniste huc ante
tempus torquere nos· Erat autem non longe
ab illis grex porcorum multorum pascens·
Demones autem rogabant eum dicentes· Si
eicis nos· mitte nos in gregem porcorum· Et ait
illis· Ite· At illi exeuntes abierunt in porcos·
Et ecce impetu abiit totus grex p preceps in
mare· & mortui sunt in aquis· Pastores autem
fugierunt· & uenientes in ciuitatem nunciaue
runt omnia· & de his qui demonia habuerant·
Et ecce tota ciuitas exiit obuiam iHV· & uiso
eo rogabant ut transiret
a finibus eorum·

℣ ℣lxx
℟ ℣xx
Lxxxvii
Ixxxvii

T ASCENDENS IN ·VIIII·
nauiculam transfretauit·& uenit in
ciuitatem suam· Et ecce offerebant ei paraly
ticum·iacentem in lecto· Et uidens ihc̃ fidē
illorum·dixit paralytico·Confide fili·re
mittuntur tibi peccata tua· Et ecce quidā
de scribis·dixerunt intra se·Hic blasphemat·
Et cum uidisset ihc̃ cogitationes eorum
dixit·Ut quid cogitatis mala in cordib; uīs·
Quid est facilius dicere·dimittuntur tibi pec
cata·aut dicere surge & ambula· Ut sciatis
autem quoniam filius hominis habet pote
statem in terra dimittendi peccata·tunc ait
paralytico·Surge tolle lectum tuum·& uade
in domum tuam·Et surrexit·& abiit in do
mum suam·Videntes autem turbe timuerūt·
& glorificauerunt dm̄·qui dedit potestatem
talem hominibus·

℣ ℣lxxi
℟ ii
℣xxi
Lxxxviii

ET cum transisset inde ihc̃·vidit hominem seden
tem in theloneo matheum nomine·& ait illi·
Sequere me·Et surgens·secutus est eum·

℣ lxxii
℟ ii
℣xxii
Lxxxviii
Celxxvi

Et factum est discumbente eo in domo·ecce mul
ti publicani & peccatores uenientes discumbe
bant cum ihū & discipulis eius·Et uidentes
pharisei·dicebant discipulis eius·Quare cum
publicanis & peccatoribus manducat magist̄r

Lūr:ᵒ

Ar hec audiens ait. Non est opus valentibus me
dicus: sed malle habentibus. Euntes autem disci
te quid est. misericordiam uolo & non sacrifi
cium. Non enim ueni uocare iustos sed pecca
tores. Tunc accesserunt ad eum discipuli io
hannis dicentes. Quare nos & pharisei ieiuna
mus frequenter: discipuli autem tui non ieiu
nant. Et ait illis ihc. Numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum illis est spon
sus. Venient autem dies cum auferetur ab eis
sponsus: & tunc ieiunabunt. Nemo autem
immittit commissuram panni rudis in uesti
mentum ueterus: tollit enim plenitudinem eius
uestimento. & peior scissura fit. Neq; mittunt
uinum nouum in utres ueteres: alioquin rum
puntur utres & uinum effundetur & utres
pereunt. sed uinum nouum in utres nouos
mittunt. & ambo conseruantur:

Hec illo loquente ad eos. ecce princeps unus
accessit. & adorauit eum dicens. Filia mea
modo defuncta est. sed ueni impone manum
super eam & uiuet. Et surgens ihc sequebatur
eum. & discipuli eius. Et ecce mulier que
sanguinis fluxum patiebatur duodecim an
nis accessit retro. & tetigit fimbriam uestimen
ti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantū

uestimentum eius·salua ero·¶At ihc conuersus·
& uidens eam dixit·Confide filia·fides tua
te saluam fecit·Et salua facta est mulier ex
illa hora·Et cum uenisset ihc in domum prin
cipis·& uidisset tibicines·& turbam tumultu
antem dicebat·Recedite·non est enim mortua
puella sed dormit·Et deridebant eum·Et
cum ejecta esset turba·intrauit & tenuit ma
num eius·& surrexit puella·Et exiit fama
hec·in uniuersam terram illam·

Et transeuntes inde ihū·secuti sunt eum duo cecι
clamantes & dicentes·Miserere nr̄i·fili dauid·
Cum autem uenisset domum·accesserunt ad
eum cecι·& dicit eis ihc·Creditis quia possum
hoc facere uobis·Dicunt ei·Vtiq: dn̄e·Tunc tetι
git oculos eorum dicens·Secundum fidem
uestram·fiat uobis·Et aperti sunt oculi illorum·
Et comminatus est eis ihc dicens·Uidete·ne
quis sciat·Illi autem exeuntes·diffamauerunt
eum in tota terra illa·Egressis autem illis·ecce
obtulerunt ei hominem mutum·demoniū
habentem·Et ejecto demonio locutus est
mutus·& mirati sunt turbe dicentes·Numquā
apparuit sic in israhel·Pharisei autem dicebaꝫ·
In principe demoniorum·ejicit demones·
Et circuibat ihc ciuitates omnes & castella docens

Lxxvi
Lii
Lc lxviii

insynagogis eorum·& predicans euangelium
regni·& sanans omnem languorem & omnē
infirmitatem·

℣ lxxvii
℟ vi
℣ lxiii

Videns autem turbas misertus est eas·quia erant
vexati·& iacentes sicut oues nō habentes pastorē·

℣ lxxviii
℟ v
Levii

Tunc dicit discipulis suis·Messis quidem mul
ta·operarii autem pauci·Rogate ergo dnm
messis·ut eiciat operarios in messem suam·

℣ lxxviii
℟ ii
℣ xxviii
Llxxxvi

CONVOCATIS ·X·VIIII·
duodecim discipulis suis dedit illis po
testatem spirituum immundorum ut
eicerent eos·& curarent omnem languorem &
omnem infirmitatem·

℣ lxxx
℟ ii
℣ xxx
Lxxiii

Duodecim autem apostolorum nomina sunt
hec·primus symon qui dicitur petrus·& an
drras frater eius·iacobus zebedei & iohannes
frater eius·philippus & bartholomeus·thomas
& matheus publicanus·& iacobus alphei·&
tatheus·symon chananeus·& iudas scariothes
qui & tradidit eum·

℣ lxxxi
℟ x
Solv

Hos duodecim misit ihc precipiens eis & dicens·
In uiam gentium ne abieritis·& in ciuitates
samaritanorum ne intraueritis·sed potius ite
ad oues que perierunt domus israhel·

℣ lxxxii
℟ ii
℣ liii
Llxxxvii
7a x

Euntes autem predicate dicentes·quia adppin
quabit regnum celorum·Infirmos curate·

mortuos ſuſcitate · leprоſos mundate · dæmones
eiicite · Gratis accepiſtis · gratis date · Nolite
poſſidere aurum neq; argentum · neq; pecuniam in zonis ueſtris · non peram in uia · neq; duas
tunicas · neq; calciamenta · neq; uirgam · Dignus eſt enim operarius cibo ſuo ·

In quamcumq; ciuitatem aut caſtellum intraueritis · interrogate quis in ea dignus ſit · & ibi
manete donec exeatis inde ·

Intrantes autem in domum · ſalutate eam dicentes · Pax huic domui · Et ſi quidem fuerit
domus illa digna ueniat pax ueſtra ſuper eam · ſi autem
non fuerit digna · pax ueſtra ad uos reuertatur ·

Et quicumq; non receperit uos neq; audierit
ſermones ueſtros · exeuntes foras de domo uel de
ciuitate excutite puluerem de pedibus ueſtris ·

Amen dico uobis · tolerabilius erit terre ſodomo-
rum & gomorreorum in die iudicii · quam illi ciuitati ·

Ecce ego mitto uos · ſicut oues in medio luporum ·
Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes · & ſimplices ſicut columbe ·

Cauete autem ab hominibus · Tradent enim uos
in conciliis · & in ſynagogis ſuis flagellabunt
uos · Et ad reges & preſides ducemini propter
me · in teſtimonium illis & gentibus ·

Cum autem tradent uos · nolite cogitare quo

modo aut quid loquamini· Dabitur enim
uobis in illa hora·quid loquamini· Non enī
uos estis qui loquimini·sed sps patris uī qui
loquitur in uobis· Tradet autem frater fratrē
in mortem·& pater filium·& insurgent filii
in parentes·& morte eos afficient·Et eritis
odio omnibus·propter nomen meum·Qui aūt
perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit·

℣ lxxxviii
x
Sol s

Cum autem persequentur uos in ciuitate ista·
fugite in aliam·Amen dico uobis· non con
summabitis ciuitates israhel·donec ueniat
filius hominis·

℣ xc
a ii
℣ lvii
Lxxvii
&cxxxvii

Non est discipulus sup magistrum·nec seruus
sup dominum suum·Sufficit discipulo ut sit
sicut magister eius·& seruus sicut dominus ei·

℣ xci
Solvs

Si patrem familias belzebub uocauerunt·quan
to magis domesticos eius· Ne ergo timueritis eos·

℣ xcii
a iii
℣ xl
Lxxxv

Nihil enim opertum quod non reuelabitur·&
occultum quod non scietur·

℣ xciii
v
Lxxiv

Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine·&
quod in aure auditis·predicate sup tecta·Et
nolite timere eos qui occidunt corpus·animā
autem non possunt occidere·sed potius eum
timete·qui potest & animam & corpus perdere
in gehennam·Nonne duo passeres asse ueneunt·
& unus ex illis non cadet sup terram·sine patre

uestro· Vrī autem & capilli capitis· omnes nu
merati sunt· Nolite ergo timere· multis pas
ribus melioribꝰ estis uos· Omnis ergo qui con
fitebitur me coram hominibus· confitebor &
ego eum coram patre meo qui est in cēlis·
Qui autem negauerit me coram hominibus· nega
bo & ego eum coram patre meo qui est in cēlis·
Nolite arbitrari quia uenerim mittere pacem
in terram· non ueni pacem mittere sed gladium·
Uenī enim separare hominem aduersus patrem
suum· & filiam aduersus matrem suam· & nu
rum aduersus socrum suam· & inimici hominis
domestici eius·
Qui amat patrem aut matrem plusquam me·
non est me dignus· Et qui amat filium aut fili
am supme· non est me dignus· Et qui non acci
pit crucem suam & sequitur me· non ē me digꝰ·
Qui inuenit animam suam· perdet illam· Et qui
pdiderit animam suam ꝓpter me· inueniet eā·
Qui uos recipit· me recipit· Et qui me recipit·
recipit eum qui me misit·
Qui recipit ꝓphetam in nomine ꝓphe· mercedē
ꝓphete accipiet· Et qui recipit iustum in nomi
ne iusti· mercedem iusti accipiet
Et quicumq; potum dederit uni ex minimis
istis calicem aquę frigidę tantum in nomine

discipuli·amen dico uobis·non pdet mercede suam·

·XI·

Tempus Solis

ET FACTUM EST cum consummasset ihc precipiens duodecim discipulis suis·transiit inde ut docet & predicaret in ciuitatibus eorum·

Tempus Lunae

Iohannes autem cum audisset in uinculis opera xpi·mittens duos de discipulis suis·ait illi· Tu es qui uenturus es·an alium expectamus·

Et respondens ihc ait illis·Euntes renuntiate iohanni·que audistis & uidistis·Ceci uident claudi ambulant·leprosi mundantur·surdi audiunt·mortui resurgunt·pauperes euangelizantur·Et beatus est·qui non fuerit scandalizatus in me·Illis autem abeuntibus·cepit ihc dicere ad turbas de iohanne·Quid existis in desertum uidere·arundinem uento agitatā· Sed quid existis uidere·hominem mollibus uestitum·Ecce qui mollibus uestiuntur·in domibus regum sunt·Sed quid existis uidere·prophetā· Etiam dico uobis·& plusquam prophetam·

Tempus Martis Luae

Hic est enim·de quo scriptum est·Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam·qui pparabit uiam tuam ante te·

Tempus Mercurii Lunae

Amen dico uobis·non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista·Qui autē minor

est·in regno ꝯlorum maior est illo·
A diebus autem iohannis babtiste usq; nunc regnum ꝯlorum uim patitur: & uiolenti rapiunt illud.
Omnes enim pphete & lex·usq; ad iohannem prophetauerunt· Et si uultis recipere· ipse est helias qui uenturus est·Qui habet aures audiendi audiat·
Cui autem similem estimabo generationem istam·
Similis est pueris sedentibus in foro·qui clamantes coequalibus dicunt·Cecinimus uobis & non saltastis·lamentauimus & non planxistis·Uenit autem iohannes neq; manducans neq; bibens· & dicunt·Demonium habet·Uenit filius hominis manducans & bibens·& dicunt·Ecce homo uorax & potator uini·publicanorum & peccatorum amicus·& iustificata est sapientia a filiis suis·

Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius·quia non egissent penitentiam·Uae tibi corozain·uae tibi bethsayda·quia si in tyro & sydone facte essent uirtutes que facte sunt in uobis·olim in cilicio & cinere penitentiam egissent·Verumtamen dico uobis· tyro & sydoni remissius erit in die iudicii quam uobis·Et tu capharnaum·numquid usq; in celum exaltaberis·usq; in infernum descendes·
Quia si in sodomis facte fuissent uirtutes que facte

sunt intr· forte mansissent usq; in hanc diem·
Uerumtamen dico uobis· quia terre sodomor-
remissius erit in die iudicii quam tibi·

℣ ex
v
Lc xviii

IN ILLO TEMPORE· RESPONDENS IHC DIXIT·
Confitror tibi patr dne cli & terre· quia
abscondisti hec a sapientibus & prudentibus·
& revelasti ea parvulis· ita patr· quo sic fuit
placitum ante te·

℣ ex
iii
Lc xviii
℣
Ixxx
Je xl viii

Omnia mihi tradita sunt a patre meo·
Et nemo novit filium nisi pater· neq; patrem
quis novit nisi filius· & cui voluerit filius
revelare·

℣ ex xii
Lc xviii
℣
I xxxvii

℣ ex xiii
℟
Solus

Uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis·
& ego reficiam uos· Tollite iugum meum sup
vos· & discite a me quia mitis sum & humilis
corde· & invenietis requiem animabus vris·
Iugum enim meum suave ē· & onus meū leve ē·

NILLO TEMPORE· XII·
Abiit ihc sabbato per sata· discipuli autem eius
esurientes ceperunt vellere spicas & manduca
re· Pharisei autem videntes· dixerunt ei·
Ecce discipuli tui faciunt· quod non licet eis
facere sabbatis· At ille dixit eis· Non legistis
quod fecerit david quando esurit & qui cum
eo erant· quomodo intravit in domum di &
panes propositionis comedit· quos non licebat

a dicit·neq; his qui cum eo erant·nisi solis
sacerdotibus·
Aut non legistis in lege·quia sabbatis in templo
sacerdotes sabbatum violant·& sine crimine
sunt· Dico autem vobis·quia templo maior
est hic· Si autem scissetis quid est misericordiā
volo & non sacrificium·numquam condem
nassetis innocentes· Dñs est enim filius hominis
etiam sabbati·
Et cum inde transisset·venit in synagogam eorū·
& ecce homo manum habens aridam· Et interro
gabant eum dicentes· Si licet sabbatis curare·
ut accusarent eum· Ipse autem dixit illis·
Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unā·
Et si ceciderit hec sabbatis in foveam·nonne
tenebit & levabit eam· quanto magis melior
est homo ove· Itaq; licet sabbatis benefacere·
Tunc ait homini· Extende manum tuam·
& extendit· Et restituta est sanitati sicut altera·
Exeuntes autem pharisei consilium faciebant
adversus eum·quomodo eum perderent·
Iesus autem sciens secessit inde·& secuti sunt eum
multi·& curavit eos omnes· Et precepit eis ne
manifestum eum facerent· Ut adimpleretur
quod dictum est per Isayam prophetam dicentem·
Ecce puer meus quem elegi· dilectus meus in
quo bene complacuit anime mee· Ponam spm

meum supeam·& iudicium gentib; nunciabit·
Non contendet neq; clamabit·neq; audiet
aliquis in platcis uocem eius· Arundinem
quassatam non confringet·& linum fumi
gans non extinguet·donec eiciat ad uictoriã
iudicium·& in nomine eius gentes sperabunt·

T Tunc oblatus est ei demonium habens cecus
& mutus·& curauit eum ita ut loqueretur
& uideret·

E t stupebant omnes turbe·& dicebant·Num
quid hic est filius dauid·

P harisei autem audientes dixerunt·Hic non
eicit demones·nisi in beelzebub principe
demoniorum·

I ñe autem sciens cogitationes eorum·dixit eis·
Omne regnum diuisum contra se desolabitur:
& omnis ciuitas uel domus diuisa contra se ñ
stabit·Et si satanas satanan eicit·aduersus
se diuisus est·Quomodo ergo stabit regnum eius·
Et si ego in beelzebub eicio demones·filii uñi
in quo eiciunt·ideo ipsi iudices erunt uestri·
Si autem ego in spũ di eicio demones·igitur p
uenit in uos regnum di·Aut quomodo potest
quisquam intrare in domum fortis & uasa eius
diripere·nisi prius alligauerit fortem·& tunc
domum eius diripiet·

Q ui non est mecum contra me est·& qui non con

gregat mecum spargit. Ideo dico uobis. Omne
peccatum & blasphemia remittetur hominib;
spiritus autem blasphemia non remittetur.
Et quicunq; dixerit uerbum contra filium
hominis remittetur ei. qui autem dixerit con
tra spm scm non remittetur ei. neq; in hoc sclo.
neq; in futuro.

cxxxvi
x
lvi

Aut facite arborem bonam & fructum eius bo
num. aut facite arborem malam. & fructum
eius malum. Siquidem ex fructu arbor cog
noscitur. Progenies uiperarum. quomodo po
testis bona loqui cum sitis mali. Ex abundan
tia enim cordis os loquitur.

cxxv
x
lxx

Bonus homo de bono thesauro profert bona. &
malus homo de malo thesauro profert mala.

cxxvi
x
lxx

Dico autem uobis. quoniam omne uerbum oci
osum quod locuti fuerint homines. reddent
rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim
tuis iustificaberis. & ex uerbis tuis condemnaberis.

cxxvii

cxxviii

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pha
risei dicentes. Magister. uolumus a te signum
uidere.

cxxvii
v
cxxxvii

Qui respondens ait illis. Generatio mala & adul
tera signum querit. & signum non dabitur ei.
nisi signum ionę ppte. Sicut enim fuit ionas
in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus.
sic erit filius hominis in corde terre tribus dieb;

xxix & tribus nocibus. Cum ergo surrexerit in
iudicio cum generatione ista & condemna
bunt eam. quia pœnitentiam egerunt in prę
dicatione ionę. Et ecce plusquam iona hic.
Regina austri surget in iudicio cum genera
one ista & condemnabit eam. quia uenit a fi
nibus terrę audire sapientiam salomonis.
Et ecce plusquam salomon hic.

T ꝯ exxvm
L v exxx

Cum inmundus spiritus exierit ab homine. am
bulat per loca arida quærens requiem & non in
uenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam.
unde exiui. Et ueniens inuenit uacantem.
scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit &
assumit septem alios spiritus secum nequiores
se. & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissi
ma hominis illius. peiora prioribus. Sic erit &

T ꝯ exxxv
K ii
ꝯ xxxv
L lxxxi

generationi huic pessimę.
Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater eius
& fratres stabant foris. querentes loqui ei. Dixit
autem ei quidam. Ecce mater & fratres tui fo
ris stant. querentes te. At ipse respondens. di
centi sibi ait. Quę est mater mea & qui sunt
fratres mei. Et extendens manum in discipu
los suos dixit. Ecce mater mea. & fratres mei.
Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei
qui in cęlis est. ipse meus & frater & soror & ma
ter est.

IN ILLO DIE EXIENS IHC ·XIII·
de domo sedebat secus mare· & congregate sunt
ad eum turbe multe· ita ut in nauiculam ascen
dens sederet· & omnis turba stabat in littore·
Et locutus est eis multa in parabolis dicens· Ecce
exiit qui seminat seminare· Et dum seminat·
quedam ceciderunt secus uiam· & uenerunt
uolucres· & comederunt ea· Alia autem cecide
runt in petrosa· ubi non habebant terram multa·
& continuo exorta sunt quia non habebant al
titudinem terre· sole autem orto estuauerunt·
& quia non habebant radicem aruerunt·
Alia autem ceciderunt in spinas· & creuerunt
spine· & suffocauerunt ea· Alia autem cecide
runt in terram bonam· & dabant fructum· ali
ud centesimum· aliud sexagesimum· aliud tri
cesimum· Qui habet aures audiendi audiat·
Et accedentes discipuli· dixerunt ei· Quare
in parabolis loqueris eis· Qui respondens ait
illis· Quia uobis datum est nosse mysteria regni
celorum· illis autem non est datum·
Qui enim habet dabitur ei & abundabit· qui
autem non habet· & quod habet auferetur abeo·
Ideo in parabolis loquor eis· quia uidentes non
uident· & audientes non audiunt neq; intel
legunt· & adimplebitur in eis ysaye pro
phetia dicens· Auditu audietis & non intelligetis· & ui

dentes uidebitis & non uidebitis. Incrassatum
est enim cor populi huius & auribus grauiter
audierunt & oculos suos clauserunt ne quan
do uideant oculis & auribus audiant & corde
intelligant & conuertantur & sanem eos.
Vestri autem beati oculi quia uident & aures uře
quia audiunt. Amen quippe dico uobis quia
multi ppbe & iusti cupierunt uidere que ui
detis & non uiderunt & audire que auditis &
non audierunt.
Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui
audit uerbum regni & non intelligit uenit ma
lus & rapit quod seminatum est in corde eius hic
est qui secus uiam seminatus est. Qui autem sup
petrosa seminatus est hic est qui uerbum audit
& continuo cum gaudio accipit illud non ha
bet autem in se radicem sed est temporalis facta
autem tribulatione & psecutione ppter uerbū
continuo scandalizatur. Qui autem seminatus
est in spinis hic est qui uerbum audit & sollicitu
do seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat
uerbum & sine fructu efficitur. Qui uero inter
ram bonam seminatus est hic qui audit uerbum
& intelligit & fructum affert. Et facit aliud
quidem centesimum aliud autem sexagesimū
aliud uero tricesimum.

ALIAM PARABOLAM PROPOSUIT ILLIS DICENS.

Simile factum est regnum celorum homini
qui seminauit bonum semen in agro suo.
Cum autem dormirent homines uenit inimi
cus eius & superseminauit zizania in medio tri
tici & abiit. Cum autem creuisset herba & fruc
tum fecisset tunc apparuerunt & zizania.
Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt
ei. Domine nonne bonum semen seminasti in
agro tuo. unde ergo habet zizania. Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt
ei. Vis imus & colligimus ea. Et ait non. Ne for
te colligentes zizania eradicetis simul cum eis
& triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem
& in tempore messis dicam messoribus. Colligite
primum zizania & alligate ea fasciculos ad com
burendum. Triticum autem congregate in
horreum meum.

Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est
regnum celorum grano sinapis. quod accipiens
homo seminauit in agro suo. quod minimum
quidem est omnibus seminibus. Cum autem
creuerit maius est omnibus holeribus. & fit ar
bor. ita ut uolucres celi ueniant & habitent
in ramis eius.

Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum
celorum fermento. quod acceptum mulier abscon
dit in farine satis tribus. donec fermentatum est totum.

Hec omnia locutus est ihc in parabolis ad turbas:
& sine parabolis non loquebatur eis: ut adim
pleretur quod dictum erat p prophetam dicen
tem. Aperiam in parabolis os meum. eructuabo
abscondita a constitutione mundi.

Tunc dimissis turbis uenit in domum. & acces
serunt ad eum discipuli eius dicentes: Dissere no
bis parabolam zizaniorum agri. Qui respon
dens ait. Qui seminat bonum semen. est filius
hominis. Ager autem est mundus. Bonum uero
semen hi sunt filii regni. zizania autem filii ̄
nequam. Inimicus autem qui seminauit ea.
est diabolus. Messis uero. consummatio seculi est.
Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colli
guntur zizania & igni comburuntur. sic
erit in consummatione seculi. Mittet filius
hominis angelos suos. & colligent de regno
eius omnia scandala. & eos qui faciunt in
quitatem. & mittent eos in caminum ignis.
ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiendi audiat.

SIMILE EST REGNVM

celorum thesauro abscondito in agro. quem
qui inuenit homo abscondit. & pre gaudio
illius uadit & uendit uniuersa que habet. & emit
agrum illum. Iterum simile est regnū celo-

homini negociatori·querenti bonas margari
tas· Inuenta autem una pretiosa margarita·
abiit & uendidit omnia que habuit & emit
eam· Iterum simile est regnum celorum sage
ne misse in mare· & ex omni genere piscium con
greganti· Quam cum impleta esset deducentes
& sedentes· elegerunt bonos in uasa·
malos autem foras miserunt· Sic erit in con
summatione seculi· Exibunt angeli· & sepa
rabunt malos de medio iustorum· & mittent
eos in caminum ignis· ibi erit fletus & stridor
dentium· Intellexistis hec omnia· Dicunt ei·
Etiam· Ait illis· Ideo omnis scriba doctus in
regno celorum· similis est homini patrifamilias·
qui profert de thesauro suo noua & uetera·
Et factum est cum consummasset ihc parabo
las istas· transiit inde·

Et ueniens in patriam suam· docebat in synago
gis eorum eos· ita ut mirarentur & dicerent·
Vnde huic sapientia hec & uirtutes· Nonne
hic est fabri filius· Nonne mater eius dicitur
maria· & fratres eius iacobus & ioseph· & symon
& iudas· & sorores eius· nonne omnes apud nos
sunt· Vnde ergo huic omnia ista· & scandali
zabantur in eo·

Ihc autem dixit eis· Non est pphta sine hono
re nisi in patria sua· & in domo sua· Et non fecit

ibi uirtutes multas ꝓpter incredulitatem illorū·

T ꝯ exlm
A ii
ꝯ lvii
L xe

NILLO TEMPE AVDIUIT XIIII·
herodes tetrarcha famam ihū· & ait pueris suis·
Hic est iohannes baptista· ipse surrexit a mor
tuis· & ideo uirtutes operantur in eo·

T ꝯ exlm
A ii
ꝯ lvm
L xu

herodes enim tenuit iohannem & alligauit eum
& posuit in carcere ꝓpter herodiadem uxorem
fratris sui· Dicebat enim illi iohannes· Non li
cet tibi habere eam· Et uolens illum occidere
timuit populum· quia sicut ꝓphetam eum
habebant·

T ꝯ exlv
A vi
ꝯ xl

Die autem natalis herodis saltauit filia herodiadis
in medio· & placuit herodi· Vnde cum iuramen
to pollicitus est ei dare quodcumq; postulasset
a deo· Ipsa uero ꝓmonita a matre sua· da mihi hic
in quit in disco· caput iohannis baptiste· Et con
tristatus est rex· Propter iuramentum autem &
eos qui pariter recumbebant· iussit dari· Misitq;
& decollauit iohannem in carcere· & allatum ē
caput eius in disco· & datum est puelle· & tulit
matri sue· Et accedentes discipuli eius tulerunt
corpus & sepelierunt illud· & uenientes nunc
iauerunt ihū·

T ꝯ exlvi
A iii
L xeu
I xlvii

Quod cum audisset ihc secessit inde in nauicula
in locum desertum seorsum· Et cum audissent
turbe secute sunt eum pedestres de ciuitatibus·
Et exiens uidit turbam multam· & misertus

est eius & curauit languidos eorum.
Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius
dicentes. Desertus est locus & hora iam preterit.
dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi
escas. Ihc autem dixit eis. Non habent necesse ire.
date illis uos manducare. Responderunt ei. Non
habemus hic nisi quinq; panes & duos pisces.
Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iussis
set turbam discumbere super fenum. acceptis quinq;
panibus & duobus piscibus aspiciens in celum be
nedixit & fregit. & dedit discipulis panes. discipli
autem turbis. Et manducauerunt omnes & satu
rati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophi
nos fragmentorum plenos. Manducantium aut
sunt numerus quinq; milia uirorum exceptis
mulieribus & paruulis.
Et statim iussit discipulos suos ascendere in nauicu
lam & precedere eum transfretum. donec di
mitteret turbas.
Et dimissa turba. ascendit in montem solus orare.
Vespere autem facto. solus erat ibi. Nauicula autem
in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim
contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis
uenit ad eos. ambulans super mare. Et uidentes
eum super mare ambulantem. turbati sunt dicen
tes. quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt.
Statimq; ihc locutus est eis dicens. Habete fiduciam.

ego sum nolite timere.

Feria sexta

Respondens autem petrus dixit. Dñe si tu es iube me uenire ad te super aquas. Ipse autem ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam ut ueniret ad ihm. Uidens uero uentum ualidum timuit. Et cum cepisset mergi clamauit dicens. Dñe saluum me fac. Et continuo ihc extendens manum apprehendit eum. & ait illi. Modice fidei quare dubitasti.

Feria quinta

Et cum ascendissent in nauiculam cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant uenerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Feria sexta

Et cum transfretassent uenerunt in terram genesar. Et cum cognouissent eum uiri loci illius. miserunt in uniuersam regionem illam. & obtulerunt ei omnes male habentes. & rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quicumq; tetigerunt salui facti sunt.

XV

VNC ACCESSERVNT AD EVM

Sabbato

ab ierosolimis scribe & pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. Non enim lauant manus suas. cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare & uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram. Nam ds dixit. Honora patrem & matrem. & qui maledixerit patri uel matri. morte moriatur. Uos autem dicitis.

quicumq; dixerit patri uel matri·munus quod
cumq; est ex me tibi pderit·& non honorifica
uit patrem suum aut matrem·& irritum fecis
tis mandatum dei ꝓpter traditionem uestram·
Hypocrite· bene ꝓphetauit de uobis esayas di
cens· Populus hic labiis me honorat·cor autē
eorum longe est a me·Sine causa autem colunt
me·docentes doctrinas & mandata hominum·
Et conuocatas ad se turbas dixit eis· Audite &
intelligite· Non quod intrat in os coinquinat
hominem·sed quod ꝓcedit ex ore hoc coinqui
nat hominem·

Tunc accedentes discipuli eius·dixerunt ei·Scis
quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sūt·
At ille respondens ait·Omnis plantatio quam
non plantauit pater meus celestis·eradicabitur·
Sinite illos·ceci sunt duces cecorum·Ceci autē
si ceco ducatum prestet·ambo in foueā cadunt·
Respondens autem petrus dixit ei·
Edisser nobis parabolam istam·At ille dixit·
Adhuc & uos sine intellectu estis·Non intelligi
tis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit·
& in secessum emittitur·Que autem ꝓcedunt
de ore de corde exeunt·& ea coinquinant homi
nem·De corde enim exeunt cogitationes male·
homicidia·adulteria·fornicationes·furta·falsa
testimonia·blasphemie·hec sunt que coinquinant

hominem·Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem· Et egressus inde
hinc· secessit in partes tyri & sydonis· Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa· clamauit
dicens ei· Miserere mei dñe fili dauid· filia mea
male a demonio uexatur· Qui non respondit ei
uerbum· Et accedentes discipuli eius· rogabant
eum dicentes· Dimitte eam· quia clamat post nos·
Ipse autem respondens ait· Non sum missus·
nisi ad oues que perierunt domus israhel·
At illa uenit· & adorauit eum dicens· Dñe adiuua
me· Qui respondens ait· Non est bonum sumere
panem filiorum· & mittere canibus· At illa dixit·
Etiam dñe· nam & catelli edunt de micis quae
cadunt de mensa dominorum suorum· Tunc
respondens ihc· ait illi· O mulier· magna est fides
tua· fiat tibi sicut uis· Et sanata est filia eius
ex illa hora·

Et cum transisset inde ihc uenit secus mare galilee·
Et ascendens in montem sedebat ibi· Et accesserunt ad eum turbe multe· habentes secum
mutos· surdos· claudos· ceros· debiles· & alios
multos· Et proiecerunt eos ad pedes eius· & curauit eos ita ut turbe mirarentur· uidentes mutos
loquentes· claudos ambulantes· ceros uidentes·
& magnificabant dm israhel· XV Is

HIS AVTEM CONVOCATIS

discipulis suis dixit·Misereor turbe·quia triduo
iam psecerant mecum·& non habent quod man
ducent·Et dimittere eos ieiunos nolo·ne defi
ciant in uia·Et dicunt ei discipuli·Unde q̄
nobis in deserto panes tantos ut saturemus tur
bam tantam·Et ait illis ihc·Quot panes ha
betis·At illi dixerunt·Septem·& paucos pisci
culos·Et precepit turbe ut discumberent sup
terram·Et accipiens ihc septem panes & pisces·
& gratias agens fregit & dedit discipulis suis·
& discipuli dederunt populo·Et comederunt
omnes·& saturati sunt·Et quod superfuit de frag
mentis·tulerunt septem sportas plenas·Erant
autem qui manducauerunt quatuor milia ho
minum·extra paruulos & mulieres·Et dimissa
turba ascendit in nauiculam·& uenit in fines
magedan·

Et accesserunt ad eum pharisei & saducei tempt an
tes·& rogauerunt eum ut signum de celo ostende
rent eis·

At ille respondens ait eis·Facto uespere dicitis ser
num erit·rubicundum est enim celum·& mane
hodie tempestas·rutilat enim triste celum·
Faciem ergo celi diiudicare nostis·signa autem
temporum non potestis·

Generatio mala & adultera signum querit·& signū
non dabitur ei·nisi signum ionę·Et relictis

illi sabit· Et cum uenissent discipuli trans
frtum· oblti sunt panes accipere·
Qui dixit illis· Intuemini & cauete a fermento
phariseorum· & saduceorum·
At illi cogitabant inter se dicentes· quia panes
non accepimus· Sciens autem ihc dixit· Quid
cogitatis inter uos modicefide quia panes non
habetis· Nondum intelligitis neq; recordamini
quinq; panum & quinq; milium hominum·
& quot cophinos sumpsistis· neq; septem panum·
& quatuor milium hominum· & quot sportas
sumpsistis· Quare non intelligitis quia non de
pane dixi uobis· cauete a fermento phariseorum
& saduceorum· Tunc intellexerunt quia non
dixerit cauendum a fermento panum· sed
a doctrina phariseorum & saductorum·

VENIT AVTEM IHC IN PARTES
cesaree philippi· & interrogauit discipulos
suos dicens· Quem dicunt homines esse filium
hominis· Et illi dixerunt· Alii iohannem babtis
tam· alii autem heliam· alii uero hieremiam· aut
unum exp phetas· Dicit illis ihc· Vos autem quem
me esse dicitis· Respondens symon petrus dixit·
Tues xpc filius di uiui·
Respondens autem ihc dixit ei· Beatus es symon
bariona· quia caro & sanguis non reuelauit tibi·
sed pater meus qui in celis est· Et ego dico tibi·

quia tuꝰ petrus· & ſuꝑ hanc petram ædificabo
ecclesiam meam· & portæ inferi non prevalebunt
aduerſus eam· Et tibi dabo claues regni celorū·
Et quodcunq; ligaueris ſuꝑ terram erit ligatū
& in cælis· & quodcunq; ſolueris ſuꝑ terram erit
ſolutum & in cælis·

Tunc præcepit diſcipulis ſuis ut nemini dicerent
quia ipſe eſſet ihc xp̄c· Exinde cepit ihc oſtendere
diſcipulis ſuis· quia oportuit eum ire hieroſoli
mam· & multa pati a ſenioribus & ſcribis & prin
cipibus ſacerdotum· & occidi· & tertia die reſurgere·

Et aſſumens eum petrus cepit increpare illum di
cens· Abſit a te dñe· non erit tibi hoc· Qui con
uerſus dixit petro· Vade poſt me ſatana· ſcanda
lum es mihi· quia non ſapis ea quæ dei ſunt· ſed ea
quæ hominum·

Tunc ihc dixit diſcipulis ſuis· Si quis uult poſt me
uenire abneget ſemetipſum· & tollat crucem ſuā
& ſequatur me· Qui enim uoluerit animam ſuā
ſaluam facere· perdet eam· Qui autem perdiderit
animam ſuam ꝓpter me· inueniet eam· Quid
enim prodeſt homini ſi mundum uniuerſum lu
cretur· animæ uero ſuæ detrimentum patiatur·

Aut quam dabit homo commutationē ꝓ anima ſua·

Filius enim hominis uenturus eſt in gloria patris
ſui cum angelis ſuis· & tunc reddet unicuiq; ſecun
dum opera ei·

℣ clxxxv
℟ ii
℣ clxxxvi
L xxxvi

Amen dico uobis: sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec uideant filiū
hominis uenientem in regno suo. xvii.

POST DIES SEX.

assumit ihc petrum & iacobum & iohan
nem fratrem eius & ducit illos in montem excel
sum seorsum & transfiguratus est ante eos. Et
resplenduit facies eius sicut sol. uestimenta aūt
eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit
illis moyses & helias cum loquentes. Respon
dens autem petrus dixit ad ihm. Dne bonum
est nos hic esse. si uis faciamus hic tria tabernā
cula. tibi unum & moysi unum & helie unum.
Adhuc loquente ecce nubes lucida obumbra
uit eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi bene complacui. ipsum
audite. Et audientes discipuli ceciderunt in
faciem suam & timuerunt ualde. Et accessit
ihc & tetigit eos. dixitq; eis. Surgite & nolite
timere. Leuantes autem oculos suos neminem
uiderunt. nisi solum ihm. Et descendentibus
illis de monte. precepit ihc dicens. Nemini dixe
ritis uisionem. donec filius hominis a mortuis
resurgat.

℣ clxxxvi
℟ vi
℣ clxxxvii

Et interrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid
ergo scribe dicunt quod helyam oportet primū

uenire. At ille respondens ait eis. Helias quidem
uenturus est & restituet omnia. Dico autem uobis
quia helias iam uenit & non cognouerunt eum
sed fecerunt in eo quecunq; uoluerunt. Sic & filius
hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis.
Et cum uenisset ad turbam accessit ad eum homo
genibus prouolutus ante eum dicens. Dñe miserere
filio meo quia lunaticus est & male patitur. Nam
sepe cadit in ignem & crebro in aquam. Et obtuli
eum discipulis tuis & non potuerunt curare eum.
Respondens ihc ait. O generatio incredula & p
uersa quousq; ero uobiscum usq; quo patiar uos.
Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ihc
& exiit ab eo demonium. Et curatus est puer ex
illa hora.
Tunc accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes.
Quare nos non potuimus eicere illum. Dicit illis.
Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico
uobis si habueritis fidem sicut granum sinapis. di
cetis monti huic. transi hinc & transibit & nihil
impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eicit
nisi per orationem & ieunium.
Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis ihc.
Filius hominis tradendus est in manus hominum.
& occident eum. & tertio die resurget. Et contris

tam sunt uehementer.

T Celxxvi S. x Ivs

Et cum uenissent capharnaum · accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum · & dixerunt ei · Magister uester non soluit didragma · Ait · etiam · Et cum intrasset in domum · preuenit eum ihc dicens · Quid tibi uidetur symon · reges terre · a quibus accipiunt tributum uel censum · a filiis suis · an a alienis · Et ille dixit · A alienis · Dixit illi ihc · Ergo liberi sunt filii · Vt autem non scandalizemus eos · uade ad mare & mitte hamum · & eum piscem qui primus ascenderit tolle · & aperto ore eius inuenies staterem · illum sumens da eis pro me & te ·

T Celxxvii X II Cxcv Lxv

IN ILLA HORA ACCESSERUNT · V III · ad ihm discipuli dicentes · Quis putas maior est in regno celorum · Et aduocans ihc paruulum · statuit eum in medio eorum & dixit · Amen dico uobis · nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli · non intrabitis in regnum celorum · Qui cumq: ergo humiliauerit se sicut paruulus iste · hic est maior in regno celorum · Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo · me suscipit ·

T Celxxvii X II Cxcvii Lxxvii

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt · expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius · & demergatur in profundum maris · Vae mundo a scandalis · Necesse est

enim ut ueniant scandala· Verumtamen uę ho
mini· p quem scandalum uenit· Si autem ma
nus tua uel pes tuus scandalizat· abscide eum
& pice abstę· Bonum tibi est aduitam ingredi
debilem uel claudum· quam duas manus uel
duos pedes habentem mitti in ignem ęternum·
Et si oculus tuus scandalizat te· eruę eum & pi
ce abstę· Bonum tibi est cum uno oculo in uitā
ire· quam duos oculos habentem mitti in
gehennam ignis·

Lxxxi
lvs

Uidete· ne contemnatis unum ex his pusillis· Di
co enim uobis· quia angeli eorum in ęelis semp
uident faciem patris mei qui in ęelis est· Uenit
enim filius hominis saluare quod periit·

Lxxxv
lxxxvs

Quid uobis uidetur· si fuerint alicui centum oues·
& erauerit una ex eis· Nonne relinquit nonagin
ta nouem in montibus· & uadit querere eam quę
erauit· Et si contigerit ut inueniat eam· amen
dico uobis· quia gaudebit sup eam magis quam
sup nonaginta nouem quę non erauerunt· Sic
non est uoluntas ante patrem uīm qui in ęelis est
ut pereat unus de pusillis istis·

Lxxxvi
lxxxvis

Si autem peccauerit in te frater tuus· uade & corri
pe eum inter te & ipsum solum· Si te audierit· lu
craris fratrem tuum·

Si autem non te audierit· adhibe tecum adhuc unū

uel duos· ut in ore duorum testium uel trium stet
omne uerbum· Quod si non audierit eos· dic ecclę·
Si autem ecclesiam non audierit· sit tibi sicut eth-
nicus & publicanus·

℣ clxxxv
i vii
i exv

Amen dico uobis· quęcumq; alligaueritis sup terram
erunt ligata & in cęlo· Et quęcumq; solueritis sup
terram· erunt soluta & in cęlo·

℣ clxxxvi
x
s e l v s

Iterum dico uobis· quia si duo consenserint ex uobis
super terram de omni re quamcumq; petierint· fiet
illis a patre meo qui in cęlis est· Ubi enim sunt duo
uel tres congregati in nomine meo· ibi sum in
medio eorum·

℣ clxxxvii
v
l exevii

Tunc accedens petrus ad eum dixit· Dñe· quoties
peccauerit in me frater meus· & dimittam ei usq;
septies· Dicit illi ihc· Non dico tibi usq; septies· sed
usq; septuagies septies·

-XVIIII-

℣ viii
clxxx
x
s e l v s

Ideo assimilatum est regnum cęlorum homini regi·
qui uoluit rationem ponere cum seruis suis· Et
cum cepisset rationem ponere· oblatus est ei unus
qui debebat decem milia talenta· Cum autem nõ
haberet unde redderet· iussit eum dominus uenun
dari· & uxorem eius & filios· & omnia quę habebat
& reddi· Procidens autem seruus ille· rogabat eum
dicens· Patientiam habe in me· & omnia reddam
tibi· Misertus autem dominus serui illius dimisit
eum· & debitum dimisit ei· Egressus autem seruus

ille· inuenit unum de conseruis suis qui debebat
a centum denarios· Et tenens· suffocabat eum
dicens· Redde quod debes· Et· procidens conser-
uus eius· rogabat eum dicens· Patientiam habe
in me· & omnia reddam tibi· Ille autem noluit·
sed abiit & misit eum in carcerem· donec redderet
debitum· Videntes autem conserui eius quę fie
bant· contristati sunt ualde· Et uenerunt· &
narrauerunt domino suo omnia quę facta fuerant·
Tunc uocauit illum dominus suus· & ait illi·
Serue nequam· omne debitum dimisi tibi· quo
rogasti me· Non ergo oportuit & te misereri
conserui tui· sicut & ego tui misertus sum·
Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus·
quoadusq: redderet uniuersum debitum· Sic &
pater meus celestis faciet uobis· si non remiseritis
unusquisq: fratri suo de cordibus uestris·

Et factum est cum consummasset ihc sermones istos·
migrauit a galilea· & uenit in fines iudee trans ior-
danen· & secute sunt eum turbe multe· & curauit
eos ibi· Et accesserunt ad eum pharisei temptantes
eum & dicentes· Si licet homini dimittere uxorem
suam quacunq: ex causa· Qui respondens ait eis·
Non legistis quia qui fecit ab initio masculum
& feminam fecit eos· & dixit· Propter hoc di
mittet homo patrem & matrem· & adherebit

uxori suę & erunt duo in carne una. Itaq; iam
non sunt duo sed una caro. Quod ergo ds con
iunxit homo non separit. Dicunt illi. Quid ergo
moyses mandauit dare libellum repudii & di
mittere. Ait illis. Quoniam moyses ad duriciam
cordis uri pmisit uobis dimittere uxores uestras
ab initio autem non sic fuit.

Dico autem uobis. quia quicumq; dimiserit uxo
rem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit
męchatur. Et qui dimissam duxerit męchatur.

Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis
cum uxore. non expedit nubere. Qui dixit. Non
omnes capiunt uerbum istud. sed quibus datū ē.
Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati
sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab homini
bus. Et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt
propter regnum cęlorum. Qui potest capere capiat.

Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret
& oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihc
uero ait eis. Sinite paruulos & nolite eos prohibere
ad me uenire. talium est enim regnum cęlorum.
Et cum imposuisset eis manus abiit inde.

Et ecce unus accedens ait illi. Magister bone. quid
boni faciam ut habeam uitam aeternam. Qui
dixit ei. Quid me interrogas de bono. Unus est bo
nus ds. Si autem uis ad uitam ingredi. serua man

data. Dicit illi. Que. Ihc autem dixit. Non homi
cidium facies. non adulterabis. non furtum facies.
non falsum testimonium dices. honora patrem &
matrem. & diliges proximum tuum sicut teipsum.
Dicit illi adolescens. Omnia hec custodiui. quid
adhuc mihi deest.
Ait illi ihc. Si uis perfectus esse. uade uende que habes
& da pauperibus. & habebis thesaurum in celo. &
ueni sequere me.
Cum audisset autem adolescens uerbum abiit tris-
tis. erat enim habens multas possessiones. Ihc autem
dixit discipulis suis. Amen dico uobis. quia
diues difficile intrabit in regnum celorum. Et
iterum dico uobis. Facilius est camelum per foramen
acus transire. quam diuitem intrare in regnum
celorum. Audientes autem hec discipuli. mirabantur
nimis dicentes. Quis ergo potest saluus esse. Aspi
ciens autem ihc dixit illis. Apud homines hoc im
possibile est. apud deum autem omnia possibilia sunt.
Tunc respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliqui
mus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis.
Ihc autem dixit illis. Amen dico uobis. quod uos
qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit fi
lius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis & uos
super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israel.
Et omnis qui reliquit domum uel fratres aut sorores

aut patrem aut matrem aut uxorem·aut filios aut
agros ꝓpter nomen meum·centuplum accipiet·
& uitam æternam possidebit· ·X. X·
MVLTI AVTẽ ERVNT
nouissimi·& nouissimi primi·
SIMILE EST ENIM REGNUM CELORUM HOMINI PA
tri familias·qui exiit primo mane conducere ope
rarios in uineam suam·Conuentione autem fac
ta cum operariis ex denario diurno·misit eos in
uineam suam·Et egressus circa horam tertiam·
uidit alios stantes in foro ociosos·& illis dixit·Ite
& uos in uineam·& quod iustum fuerit dabo uobis·
Illi autem abierunt·Iterum autem exiit circa
sextam & nonam horam·& fecit similiter·Circa
undecimam uero exiit·& inuenit alios stantes·
& dicit illis·Quid hic statis tota die ociosi·Dicunt
ei·Quia nemo nos conduxit·Dicit illis·Ite & uos
in uineam·Cum sero autem factum esset·dicit do
minus uineæ procuratori suo·Voca operarios·& redde
illis mercedem·incipiens a nouissimis usq: ad pri
mos·Cum uenissent ergo qui circa undecimam
horam uenerant·acceperunt singulos denarios·
Uenientes autem & primi·arbitrati sunt quod
plus essent accepturi·Acceperunt autem & ipsi
singulos denarios·Et accipientes murmurabant
aduersus patrem familias dicentes·Hi nouissimi

una hora fecerunt · & parti illos nobis fecisti · qui portauimus pondus diei & estus · ℣ At ille respondens unicui eorum dixit · Amice · non facio tibi iniuriam · Nonne ex denario conuenisti mecum · ℣ Tolle quod tuum est & uade · Volo autem & huic nouissimo dare · sicut & tibi · ℣ Aut non licet mihi quod uolo facere · ℣ An oculus tuus nequam est · quia ego bonus sum · ℣ Sic erunt nouissimi primi · & primi nouissimi · Multi enim sunt uocati · pauci uero electi ·

℟ Et ascendens ihc hierosolimam · assumpsit duodecim discipulos secreto · & ait illis · ℟ Ecce ascendimus hierosolimam · & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis · & condemnabunt eum morte · & tradent eum gentibus · ad deludendum · & flagellandum · & crucifigendum · & die tertia resurget ·

℟ Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis · adorans & petens aliquid ab eo · Qui dixit ei · Quid uis · ℣ Ait illi · Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dextram tuam · & unus ad sinistram tuam in regno tuo · Respondens autem ihc dixit · Nescitis quid petatis · Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum · ℣ Dicunt ei · Possumus · Ait illis · Calicem quidem meum bibetis · sedere autem ad dexteram meam & sinistram non est meum dare uobis ·

sed quibus paratum est a patre meo.

Et audientes decem indignati sunt de duobus fribus. Jhc autem uocauit eos ad se & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non erit ita inter uos. sed quicumq; uoluerit inter uos maior fieri. sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse. erit uester seruus.

Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare. & dare animam suam redemptionem p multis.

Et egredientibus illis ab iericho. secuta est eum turba multa. Et ecce duo cęci sedentes secus uiam. audierunt quia ihc transiret. & clamauerunt dicentes. Dne miserere nri fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Dne miserere nri. fili dauid. Et stetit ihc. & uocauit eos & ait. Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt illi. Dne. ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum ihc. tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt. & secuti sunt eum.

XXI.

ET CVM ADPPINQVASSENT IERO
solimis & uenissent bethfage ad montem oliueti. tunc ihc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est. & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite

quia dñs his opus habet · & confestim dimittet eos ·

Hoc autem factum est · ut adimpleretur quod dictum est p̃ p̃phetam dicentem · Dicite filie syon · ecce rex tuus uenit tibi mansuetus · sedens super asinam & pullum filium subiugalis ·

Euntes autem discipuli · fecerunt sicut precepit illis ihc · Et adduxerunt asinam & pullum · & imposuerunt sup eos uestimenta sua · & eum desuper sedere fecerunt · Plurima autem turba · strauerunt uestimenta sua in uia · Alii autem cedebant ramos de arboribus · & sternebant in uia ·

Turbe autem que precedebant & que sequebantur · clamabant dicentes · Osanna filio dauid · benedictus qui uenit in nomine dñi · osanna in altissimis ·

Et cum intrasset ierosolimam · commota est uniuersa ciuitas dicens · Quis est hic · Populi autem dicebant · Hic est ihc̃ p̃pheta · a nazareth galilee ·

Et intrauit ihc̃ in templum di · & eiciebat omnes uendentes & ementes in templo · & mensas nummulariorum & kathedras uendentium columbas euertit · & dicit eis · Scriptum est · domus mea domus orationis uocabitur · Vos autem fecistis illam speluncam latronum ·

Et accesserunt ad eum cęci & claudi in templo · & sanauit eos ·

Videntes autem principes sacerdotum mirabilia que fecit · & pueros clamantes in templo & dicentes · & scribe

osanna filio dauid· indignati sunt· & dixerunt ei·
Audis quid isti dicunt· Ihc autem dixit eis· Vtiq:
Numquam legistis quia ex ore infantium & lactan
tium perfecisti laudem·

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniã·
ibiq: mansit· Mane autem reuertens in ciuitatem·
duxit· Et uidens ficu arborem unam secus uiam·
uenit ad eam· & nihil inuenit in ea nisi folia tantũ·
& ait illi· Numquam ex te fructus nascatur in sem
piternum· Et aruit continuo ficulnea· Et
uidentes discipuli· mirati sunt dicentes· Quomodo
continuo aruit·

Respondens autem ihc ait eis· Amen dico uobis· si ha
bueritis fidem & non hesitaueritis· non solum de fi
culnea facietis· sed & si monti huic dixeritis· tolle &
iacta te in mare· fiet·

Et omnia quecumq: petieritis in oratione credentes·
accipietis·

Et cum uenisset in templum· accesserunt ad eum do
centem principes sacerdotum & seniores populi di
centes· In qua potestate hec facis· & quis tibi dedit
hanc potestatem· Respondens ihc dixit eis· Interr
rogabo uos & ego unum sermonem· quem si dixeri
tis mihi· & ego uobis dicam· in qua potestate hec
facio· Baptisma iohannis unde erat· e celo· an ex
hominibus· At illi cogitabant in se dicentes·

Si dixerimus ex ḡ̃o dicet nobis· Quare ergo non credidistis illi· Si autem dixerimus ex hominibus· timemus turbam· Omnes enim habebant iohannē sicut ꝓphetam· Et respondentes ihū dixerunt· Nescimus· Et ille ihs ait illis· Nec ego dico uobis in qua potestate hec facio·

Quid autem uobis uidetur· Homo quidam habebat duos filios· & accedens ad primum dixit· Fili uade hodie operare in uinea mea· Ille autem respondens ait· Nolo· Postea autem penitentia ductus abiit· Accedens autem ad alterum· dixit similiter· At ille respondens ait· Eo domine· Et non iit· Quis ex duobus fecit uoluntatem patris· Dicunt· Primus· Dicit illis ihc· Amen dico uobis· quia publicani & meretrices precedunt uos in regno dei· Uenit enim ad uos iohannes in uia iustitie· & non credidistis ei· publicani autem & meretrices crediderunt ei· Vos autem uidentes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei·

XXII·

Aliam parabolam audite· Homo erat pater familias qui plantauit uineam· & sepem circumdedit ei· & fodit in ea torcular· & edificauit turrim· & locauit eam agricolis· & peregre profectus est· Cum autem tempus fructuum appropinquasset· misit seruos suos ad agricolas· ut acciperent fructus eius· Et agricole apprehensis seruis eius alium ceciderunt· alium

occiderunt·alium uero lapidauerunt·Iterum mi
sit alios seruos plures prioribus·& fecerunt illis simi
liter·Nouissime autem·misit ad eos filium suum
dicens·Verebuntur filium meum·Agricole autē
uidentes filium·dixerunt intra se·Hic est hēres·
uenite occidamus eum·& habebimus hereditatē
eius·Et apprehensum eum eicerunt extra uineā·
& occiderunt·Cum ergo uenerit dominus uineę·
quid faciet agricolis illis·Aiunt illi·Malos ma
le perdet·& uineam locabit aliis agricolis·qui
reddant ei fructum temporibus suis·Dicit illis
ihē·Numquam legistis in scripturis·Lapidem
quem reprobauerunt edificantes·hic factus est in
caput anguli·A dño factum est istud·& est mirabi
le in oculis nris·Ideo dico uobis·quia auferetur
a uobis regnum dei·& dabitur genti facienti fruc
tus eius·Et qui ceciderit supra lapidem istum con
fringetur·Supquem uero ceciderit·conteret eum·

Xxxx
xxxiiii
xxxiii

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisei
parabolas eius·cognouerunt quod de ipsis diceret·
Et querentes eum tenere timuerunt turbas·quo
niam sicut prophetam eum habebant·

xxxv
xxxv

Et respondens ihē·dixit iterum in parabolis eis di
cens·Simile factum est regnum celorum homini
regi·qui fecit nuptias filio suo·Et misit seruos suos
uocare inuitatos ad nuptias·& nolebant uenire·

Iterum misit alios seruos dicens· Dicite inuitatis·
ecce prandium meum paraui· tauri mei & alti
lia occisa· & omnia parata· uenite ad nuptias·
Illi autem neglexerunt· & abierunt alius in uil
lam suam· alius uero ad negotiationem suam·
Reliqui uero tenuerunt seruos eius· & contume
lijs affectos occiderunt· Rex autem cum audis
set iratus est· & missis exercitibus suis perdidit homi
cidas illos· & ciuitatem illorum succendit· Tunc
ait seruis suis· Nuptie quidem parate sunt· sed
qui inuitati erant non fuerunt digni· Ite ergo
ad exitus uiarum· & quoscumq; inueneritis uoca
te ad nuptias· Et egressi serui eius in uias· congre
gauerunt omnes quos inuenerunt malos & bo
nos· & impleta sunt nuptie discumbentium·

Intrauit autem rex ut uideret discumbentes· &
uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali·
& ait illi· Amice quomodo huc intrasti non habens
uestem nuptialem· At ille obmutuit· Tunc dixit
rex ministris· Ligatis manibus eius & pedibus·
mittite eum in tenebras exteriores· ibi erit fletus
& stridor dentium· Multi enim sunt uocati· pauci
uero electi·

XXIII·

TUNC ABEUNTES PHARISEI
consilium inierunt· ut caperent ihm in sermo
ne· Et mittunt ei discipulos suos· cum herodianis

dicentes· Magister· scimus quia uerax es· & uiam di
mucentis doces· & non est tibi cura de aliquo· Non
enim respicis personam hominum· Dic ergo nobis· qđ
tibi uidetur· licet censum dare cesari an non· Cog
nita autem ihc nequitia eorum: ait· Quid me temp
tatis hypocrite· ostendite mihi nomisma census·
At illi obtulerunt ei denarium· Et ait illis ihc·
Cuius est imago hec & superscriptio· Dicunt ei· Ce
saris· Tunc ait illis· Reddite ergo que sunt cesaris
cesari· & que sunt dei dō· Et audientes mirati sunt·
& relicto eo abierunt· In illo die accesserunt ad eum
saducei qui dicunt non esse resurrectionem· & in
terrogauerunt eum dicentes· Magister· moyses
dixit· si quis mortuus fuerit non habens filium·
ut ducat frater eius uxorem illius· & suscitet semen
fratri suo· Erant autem apud nos septem fratres· &
primus uxore ducta defunctus est· & non habens
semen reliquit uxorem suam fratri suo· Similiter
secundus & tertius· usq; ad septimum· Nouissime
autem omnium· & mulier defuncta est· In resurrec
tione ergo· cuius erit de septem uxor· omnes enim
habuerunt eam· Respondens autem ihc· ait illis·
Erratis nescientes scripturas· neq; uirtutem dei· In re
surrectione enim neque nubent neque nubentur· sed
sunt sicut angeli dei in celo· De resurrectione autem
mortuorum non legistis quod dictum est ab deo

cemt uobis· Ego sum ds abraham & ds ysaac· & ds
iacob· Non est ds mortuorum· sed uiuentium·
Et audientes turbe· mirabantur in doctrina eius·
Pharisei autem audientes quod silentium imposuis
set saduceis· conuenerunt in unum· Et interroga
uit eum unus ex eis legis doctor· temptans eum·
Magister· quod est mandatum magnum in legē
Ait illi ihc· Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo·
& in tota mente tua· & in tota anima tua· Hoc est
maximum· & primum mandatum· Secundum
autem simile est huic· Diliges pximum tuum· sic
ut ipsum· In his duobus mandatis· uniuersa lex
pendet & pphete·
Congregatis autem phariseis· interrogauit eos ihc
dicens· Quid uobis uidetur de xpo· cuius filius ē·
Dicunt ei· Dauid· Ait illis· Quomodo ergo dauid
in spū uocat eum dnm dicens· Dixit dns dno meo
sede ad dextris meis· donec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum·
Si ergo dauid uocat eum dnm· quomodo filius eius
est· Et nemo poterat respondere ei uerbum· neq:
ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius
interrogare·
Tunc ihc locutus est ad turbas· & ad discipulos suos
dicens· Super kathedram moysi· sederunt scribe &
pharisei· Omnia ergo quecumq: dixerint uobis

seruate & facite·secundum opera uero eorum·no
lite facere· Dicunt enim·& non faciunt·

Ligant autem onera grauia & importabilia &
imponunt in humeros hominum·digito autem
suo nolunt ea mouere·

Omnia uero opera sua faciunt·ut uideantur ab ho
minibus· Dilatant enim filacteria sua·& magnifi
cant fimbrias· Amant autem primos recubitus
in cenis·& primas kathedras in synagogis·& salu
tationes in foro·& uocari ab hominibus rabbi·

Vos autem nolite uocari rabbi· Unus est enim magis
ter uester·omnes autem uos fratres estis· Et patrem
nolite uocare uobis super terram·unus est enim pa
ter uester qui in celis est· Nec uocemini magistri·
quia magister uester unus est xp̃s·

Qui maior est ur̃m·erit minister uester· Qui autem
se exaltauerit humiliabitur·& qui se humiliauc
rit exaltabitur·

XXIIII·

AE AVTE uobis scribe
& pharisei hypocrite·quia claudit is regi
num celorum ante homines· Uos enim non intra
tis·nec introeuntes sinitis intrare·

Uae uobis scribe & pharisei hypocrite·qui circuis
matis & aridam ut faciatis unum psel tum·& cũ
fuerit factus· facitis eum filium gehenne duplo
quam uos· Uae uobis duces ceci·qui dicitis·quicũq;

iurauerit ptemplum nihil est· quiautem iurauerit
in auro templi debet· Stulti & cęci· quidenim maior
est· aurum an templum quod sanctificat aurum· Et·
quicumq; iurauerit in altari nihil est· quicumq;
autem iurauerit in dono quod est sup illud debet·
Cęci· quid enim maius est· donum an altare quod
sanctificat donum· Qui ergo iurat in altari iurat in eo
& in omnibus quę sup illud sunt· Et qui iurauerit
in templo· iurat in illo & in eo qui habitat in ipso·
Et qui iurat in cęlo iurat in throno dei & in eo qui
sedet super eum·

Vę uobis scribę & pharisęi hypocritę· qui decimatis
mentam & anetum & cyminum· & reliquistis quę
grauiora sunt legis· iudicium & misericordiam &
fidem· Hęc oportuit facere· & illa non omittere·

Duces cęci· excolantes culicem· camelum
autem glutientes·

Vę uobis scribę & pharisęi hypocritę· qui mundatis
quod deforis est calicis & parapsidis· intus autem
pleni estis rapina & immundicia· Pharisęe cęce· mun
da prius quod intus est calicis & parapsidis· ut fiat
& id quod deforis est mundum·

Vę uobis scribę & pharisęi hypocritę· quia similes estis
sepulchris dealbatis· quę a foris parent hominibus
speciosa· intus uero plena sunt ossibus mortuorum
& omni spurcicia· Sic & uos a foris quidem parętis

hominibus iusti· intus autem pleni estis hypocrisi
& iniquitate·

℣ ꝯ exxxvm
L ℣ l vm

Vae uobis scribe & pharisei hypocrite· qui edificatis
sepulchra pphetarum· & ornatis monumenta iu
storum· & dicetis· Si fuissemus in diebus patrum
nr̄orum· non essemus socii eorum in sanguine pro
phetarum· Itaq: testimonio estis uobismetipsis
quia filii estis eorum qui pphetas occiderunt·

℣ ꝯ exxxvm
S ℣ l vs

Et uos implete mensuram patrum ur̄orum· Serpen
tes genimina uiperarum· quomodo fugietis
a iudicio gehenne·

℣ ꝯ exl
L ℣ exls

Ideo & ecce ego mitto ad uos pphetas & sapientes
& scribas· & ex illis occidetis & crucifigetis· & ex
flagellabitis in synagogis ur̄is· & persequemini de
ciuitate in ciuitatem· ut ueniat super uos omnis san
guis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel
iusti usq: ad sanguinem zacharie filii barachie·
quem occidistis inter templum & altare· Amen di
co uobis· uenient hec omnia super generationem
istam·

℣ ecclis
℣
L ℣ clxxv

XXIV

HIERVSALEM HIERVSALEM
que occidis pphetas & lapidas eos qui ad
te missi sunt· quoties uolui congregare filios tuo
quemadmodum gallina congregat pullos suos
sub alas· & noluisti· Ecce relinquetur uobis domus
uestra deserta· Dico enim uobis· non me uidebitis

amodo · donec dicatis · Benedictus qui uenit in
nomine dñi ·
Et egressus ihc de templo ibat · Et accesserunt disci
puli eius ut ostenderent ei edificationes templi ·
Ipse autem respondens dixit illis · Videtis hec omia ·
Amen dico uobis · non relinquetur hic lapis super
lapidem qui non destruatur ·
Sedente autem eo sup montem oliueti · accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes · Die nobis quan
do hec erunt · & quod signum aduentus tui & con
summationis seculi · Et respondens ihc dixit eis ·
Uidete ne quis uos seducat · Multi enim uenient in
nomine meo dicentes · ego sum xpc · & multos sedu
cent · Audituri enim estis prelia & opiniones prelio
rum · Uidete ne turbemini · Oportet enim hec fieri · sed n̄
dum est finis · Consurget enim gens in gentem · &
regnum in regnum · & erunt pestilentie & fames · &
terre motus per loca · Hec autem omnia · initia s̄ dolo
rum · Tunc tradent uos in tribulationem · & occident uos ·
Et eritis odio omnibus gentibus · propter nomen meū ·
Et tunc scandalizabuntur multi · & inuicem tradent ·
& odio habebunt inuicem · Et multi pseudoprophete
surgent · & seducent multos · Et quoniam abunda
uit iniquitas · refrigescet caritas multorum · Qui
autem perseuerauerit usq; in finem · hic saluus erit ·
Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso

orbe·matthmonium omnibus gentibus·& tunc
uenit consummatio·Cum ergo uideritis abomi
nationem desolationis quę dicta est ad.amibele p
phetam stantem in loco sco·Qui legit intelligat·
Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes·& qui
in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua·
& qui in agro non reuertatur tollere tunicam suã·
Uae autem pregnantibus & nutrientibus
in illis diebus·
Orate autem·ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato·
Erit enim tunc tribulatio magna·qualis non fuit
ab initio mundi usq; modo nec fiet·
Et nisi breuiati fuissent dies illi·non fieret salua om
nis caro·Sed propter electos breuiabuntur dies illi·
Tunc si quis uobis dixerit·ecce hic xpc aut illic
nolite credere·
Surgent enim pseudo xpi & pseudo pphę·& da
bunt signa magna & prodigia·ita ut in errorem in
ducantur si fieri potest etiam electi·Ecce prędixi uob·
Si ergo dixerint uobis·ecce in deserto est·nolite exire·
Ecce in penetralibus·nolite credere·
Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret usq; ad
occidentem·ita erit & aduentus filii hominis·
Ubicumq; fuerit corpus·illuc congregabunt aquile·
Statim autem post tribulationem dierum illorum·
sol obscurabitur·& luna non dabit lumen suum·&

T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten
T Dominica .xxi. post Pentecosten

stelle cadent de cęlo· & uirtutes cęlorum commo
uebuntur· Et tunc parebit signum filii hominis
in cęlo·
Et tunc plangent omnes tribus terre· & uidebunt
filium hominis uenientem in nubibus cęli· cum
uirtute multa & maiestate· Et mittet angelos
suos cum tuba· & uoce magna· & congregabunt
electos eius a quatuor uentis· a summis cęlorum
usq; ad terminos eorum· Ab arbore autem fici disci
te parabolam· Cum iam ramus eius tener fuerit·
& folia nata· scitis quia prope est ęstas· Ita & uos
cum uideritis hęc omnia· scitote quia prope est
in ianuis· Amen dico uobis· quia non preteribit
generatio hęc· donec omnia fiant· Cęlum & ter
ra transibunt· uerba autem mea non preteribunt·
De die autem illa & hora nemo scit· neq; angeli
cęlorum· nisi pater solus·
Sicut autem in diebus noe· ita erit & aduentus filii
hominis· Sicut enim erant in diebus ante diluui
um comedentes & bibentes· nubentes & nuptum
tradentes usq; ad eum diem quo noe intrauit in
arcam· & non cognouerunt donec uenit diluuiū
& tulit omnes· ita erit & aduentus filii hominis·
Tunc duo erunt in agro· unus assumetur· & unus
relinquetur· Due molentes in mola· una assume
tur· & una relinquetur·

Ecclesiæ VI Sel.

Vigilate ergo· quia nescitis qua hora dñs uester uenturus sit·

Ecclesiæ II Sel. Luc. vi.

Illud autem scitote· quoniam si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset· uigilaret utiq: & non sineret perfodi domum suam·]deo & uos estote parati· quia qua nescitis hora filius hominis uenturus est·

Ecclesiæ Sel. V Luc. vii.

Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit dominus suus super familiam suam· ut det illis cibum in tempore·

Ecclesiæ V Luc. vi. Æclus.

Beatus ille seruus· quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem· Amen dico uobis· quo super omnia bona sua constituet eum·

Ecclesiæ V Luc. vii.

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo· moram facit dominus meus uenire· & ceperit percutere conseruos suos· manducet autem & bibat cum ebriosis· uenit dominus serui illius in die qua non sperat & hora qua ignorat & diuidet eum· partemq: eius ponet cum hypocritis· illic erit fletus & stridor dentium·

Ecclesiæ Sabbato

Tunc simile erit regnum cælorum decem uirginib: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponse· Quinq: autem ex eis erant fatue· & quinq: prudentes· Sed quinq: fatue accepto lampadibus· non sumpserunt oleum secum· Prudentes uero· acceperunt oleum in uasis suis cum lampadib:

Moram autem faciente sponso·dormitauerunt
omnes & dormierunt·Media autem nocte clamor
factus est·ecce sponsus uenit·exite obuiam ei·Tunc sur
rexerunt omnes uirgines ille·& ornauerunt lampa
des suas·Fatue autem sapientibus dixerunt·Date
nobis de oleo uestro·quia lampades nr̃e extinguun
tur·Responderunt prudentes dicentes·Ne forte n̄
sufficiat nobis & uobis·ite potius aduendentes &
emite uobis·Dum autem irent emere uenit sponsꝰ.
& que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias·
& clausa est ianua·Nouissime uero·ueniunt & reli
que uirgines dicentes·Dñe dñe·aperi nobis·At ille
respondens ait·Amen dico uobis·nescio uos·Vigilate
itaq: quia nescitis diem neq: horam·

Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos·
& tradidit illis bona sua·
Et uni dedit quinq: talenta·alii autem duo·alii uero
unum·Unicuiq: secundum propriam uirtutem·&
profectus est statim·Abiit autem qui quinq: talenta
acceperat·& operatus est in eis·& lucratus est alia q̄nq:
Similiter qui duo acceperat·lucratus est alia duo·
Qui autem unum acceperat abiens fodit in terra·&
abscondit pecuniam domini sui·Post multum ũ
temporis uenit dominus seruorum illorum·& posu
it rationem cum eis·Et accedens qui quinq: talen
ta acceperat·obtulit alia quinq: talenta dicens·

Domine quinq; talenta mihi tradidisti· ecce alia
quinq; superlucratus sum· Ait illi dominus eius· Euge
serue bone & fidelis· quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam· intra in gaudium domi
ni tui· Accessit autem & qui duo talenta accepe
rat & ait· Domine· duo talenta mihi tradidisti·
ecce alia duo lucratus sum· Ait illi dominus eius·
Euge serue bone & fidelis· quia super pauca fuisti
fidelis· super multa te constituam· intra in gaudium
domini tui· Accedens autem & qui unum talentū
acceperat ait· Domine· scio quia homo durus es·
metis ubi non seminasti· & congregas ubi non spar
sisti· & timens abii & abscondi talentum tuum
in terra· Ecce habes quod tuum est· Respondens
autem dominus eius· dixit ei· Serue male & piger·
sciebas quia meto ubi non semino· & congrego ubi
non sparsi· Oportuit ergo te committere pecuniā
meam nummulariis· & veniens ego recepissem
utiq; quod meum est cum usura· Tollite itaq; ab eo
talentum· & date ei qui habet decem talenta·

Dominica xxiii

Omni enim habenti dabitur & abundabit· ei autē
qui non habet· & quod uidetur habere auferetur ab eo·

Dominica xxiiii

Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores·
ibi erit fletus & stridor dentium·

Dominica xxv Solve

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua·
& omnes angeli cum eo· tunc sedebit super sedem

maiestatis sue. & congregabuntur ante eum oēs
gentes. & separabit eos ab inuicem. sicut pastor
segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem
ad extris suis: hedos autem a sinistris. Tunc dicet
rex his qui ad extris eius erunt. Venite benedicti
patris mei. possidete paratum uobis regnum a con
stitutione mundi. Esurui enim. & dedistis mihi
manducare. Sitiui. & dedistis mihi bibere. Hospes
eram. & collegistis me. Nudus. & cooperuistis me.
Infirmus. & uisitastis me. In carcere eram. & uenis
tis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes.
Dñe. quando te uidimus esurientem. & pauimus.
Sitientem. & dedimus tibi potum. Quando autem
te uidimus hospitem. & collegimus te. aut nudum.
& cooperuimus te. aut quando te uidimus infir
mum aut in carcere. & uenimus ad te. Et respon
dens rex. dicet illis. Amen dico uobis. quamdiu fecis
tis uni de his fratribus meis minimis. mihi fecistis.
Tunc dicet & his qui a sinistris erunt. Discedite a me
maledicti in ignem aeternum. qui paratus est diabo
lo & angelis eius. Esurui enim. & non dedistis mihi
manducare. Sitiui. & non dedistis mihi potum
Hospes eram. & non collegistis me. Nudus & non
operuistis me. Infirmus & in carcere. & non uisitasti
me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Dñe
quando te uidimus esurientem. aut sitientem.

aut hospitem·aut nudum·aut infirmum uel incar
cer·& non ministrauimus tibi· Tunc respondebit
illis dicens· Amen dico uobis· quamdiu non fecistis
uni de minoribus his· nec mihi fecistis· Et ibunt
hi in supplicium aeternum· iusti autem in uitam
aeternam·

XXV

ET FACTVM EST CVM CON
summasset ihc sermones hos omnes· dixit
discipulis suis·

Scitis quia post biduum pascha fiet·& filius hominis
tradetur ut crucifigatur·

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seni
ores populi in atrium principis sacerdotum qui
dicebatur caypha·& consilium fecerunt ut ihm
dolo tenerent & occiderent· Dicebant autem·
Non in die festo· Ne forte tumultus fieret in ppo·

Cum autem esset in bethania in domo symonis lepro·
accessit ad eum mulier habens alabastrum unguen
ti pretiosi·& effudit super caput ipsius recumbentis·
Uidentes autem discipuli· indignati sunt dicentes·
Ut quid perditio hec· potuit enim istud uenundari
multo·& dari pauperibus· Sciens autem ihc· ait illis·
Quid molesti estis huic mulieri· opus bonum· operata est
in me· Nam semper pauperes habetis uobiscum· me
autem non semper habebitis·

Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum·

adsepdiendum me fecit· Amen dico uobis· ubi
cumq; prdicatum fuerit hoc euangelium in toto
mundo dicetur· & quod hec fecit in memoriam ei⁹·
Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas
scarioth ad principes sacerdotum· & ait illis· Quid
uultis mihi dare· & ego uobis eum tradam· At illi
constituerunt ei triginta argenteos· Et exinde
querebat oportunitatem· ut eum traderet· Prima
autem die azimorum· accesserunt discipuli ad ihm̃
dicentes· Vbi uis paremus tibi comedere pascha·
At ihc̃ dixit· Ite in ciuitatem ad quendam· & dici
te ei· Magister dicit· tempus meum prope est· apud
te facio pascha cum discipulis meis· Et fecerunt
discipuli sicut constituit illis ihc̃· & paraverunt
pascha· Uespere autem facto discumbebat cum duo
decim discipulis suis·
Et edentibus illis dixit· Amen dico uobis· quia unus
uestrum me traditurus est·
Et contristati ualde· ceperunt singuli dicere· Num
quid ego sum dne·
Et ipse respondens ait· Qui intingit mecum manum
in patella· hic me tradet· Filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de illo·
Vae autem homini illi p quem filius hominis trade
tur· bonum erat ei si natus non fuisset homo ille·
Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit·

Numquid ego sum rabbi: Ait illi·Tu dixisti·

Cenantibus autem eis accepit ihc panem & benedixit
ac fregit·dedit q; discipulis suis & ait·Accipite & co
medite·hoc est corpus meum·

Et accipiens calicem gratias egit·& dedit illis dicens·
Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus nou
testamenti·qui pmultis effundetur in remissionē
peccatorum·Dico autem uobis·non bibam amodo
de hoc genimine uitis·usq; in diem illum cum illud
bibam uobiscum nouum in regno patris mei·

Et hymno dicto·exierunt in montem oliueti·

CAPITULUM XXVII:

Omnes uos scandalum patiemini in me·
in ista nocte·

Scriptum est enim·Percutiam pastorem·& dispergen
tur oues gregis·Postquam autem resurrexero·
precedam uos in galileam·

Respondens autem petrus·ait illi·Et si omnes scan
dalizati fuerint in te·ego numquam scandalizabor·
Ait illi ihc·Amen dico tibi·quia in hac nocte antē
quam gallus cantet·ter me negabis·

Ait illi petrus·Etiam si oportuerit me mori tecum·
non te negabo·Similiter & omnes discipuli dixerē·

Tunc uenit ihc cum illis in villam quae
dicitur gethsemani·

Et dixit discipulis suis·Sedete hic·donec uadam illuc

& orem. Et assumpto petro & duobus filiis zebedei
cepit contristari & mestus esse.
Tunc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem.
Sustinete hic & vigilate mecum.
Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans
& dicens. Mi pater si possibile est transeat a me
calix iste.
Verumtamen non sicut ego volo. sed sicut tu.
Et venit ad discipulos suos. & invenit eos dormien
tes. Et dicit petro. Sic non potuistis una hora vi
gilare mecum. Vigilate & orate. ut non intretis
in temptationem.
Spūs quidem promptus est. caro autem infirma.
Iterum secundo abiit. & oravit dicens. Mi pater. si
non potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat
voluntas tua. Et venit iterum. & invenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum gravati.
Et relictis illis iterum abiit & oravit tertio eun
dem sermonem dicens.
Tunc venit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormi
te iam & requiescite. Ecce adpropinquavit hora.
& filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. ecce adpropinquavit qui me tradet.
Adhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duodecim
venit. & cum eo turba multa cum gladiis & fustib;
missi a principibus sacerdotum. & senioribus popli.

Qui autem tradidit eum · dedit eis signum dicens:
Quemcumq; osculatus fuero ipse est tenete eum ·
Et confestim accedens ad iesum dixit · Aue rabbi ·
Et osculatus est eum · Dixitq; illi iesus · Amice · ad
quod uenisti · Tunc accesserunt & manus miserunt
in iesum · & tenuerunt eum ·
Et ecce unus ex his qui erant cum iesu extendens ma
num exemit gladium suum · & percutiens seruum
principis sacerdotum amputauit auriculam eius ·
Tunc ait illi iesus · Conuerte gladium tuum in locum
suum · Omnes enim qui acceperint gladium · gla
dio peribunt · An putas quia non possum rogare
patrem meum · & exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum · Quomodo ergo
implebuntur scripture · quia sic oportet fieri ·
In illa hora dixit iesus turbis · Tamquam ad latronem
existis cum gladiis & fustibus comprehendere me ·
Cotidie apud uos sedebam docens in templo · & non
me tenuistis ·
Hoc autem totum factum est · ut impleantur scripture
prophetarum · Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt ·
At illi tenentes iesum duxerunt ad caypham principem
sacerdotum · ubi scribe & seniores conuenerant ·
Petrus autem sequebatur eum a longe usq; in atrium
principis sacerdotum · & ingressus intro sedebat
cum ministris · ut uideret finem ·

Principes autem sacerdotum & omne concilium quæ
rebant falsum testimonium contra ihm ut eum
morti traderent·& non inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent·
Nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixe
runt·Hic dixit·possum destruere templum di·
& post triduum reædificare illud·Et surgens prin
ceps sacerdotum ait illi·Nihil respondes ad ea quæ
isti aduersum te testificantur·ꝟ Ihc autem tacebat·
Et princeps sacerdotum ait illi·Adiuro te p̄ dm
uiuum ut dicas nobis·si tu es xp̄c filius dei·Dicit
illi ihc·Tu dixisti·
Uerumtamen dico uobis·amodo uidebitis filium ho
minis sedentem ad extremam uirtutis·& uenientem in
nubibus cæli·
Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua
dicens·Blasphemauit·quid adhuc egemus testibus·ꝟ
Ecce nunc audistis blasphemiam·quid uobis uide
tur·ꝟ At illi respondentes dixerunt·Reus ē mortis·
Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eum cæci
derunt·ꝟ Alii autem palmas ei in faciem dederunt·
dicentes·Prophetiza nobis xp̄e·quis est qui te percussit·ꝟ
Petrus uero sedebat foris in atrio·& accessit ad eum
una ancilla dicens·Et tu cum ihu galileo eras·
At ille negauit coram omnibus dicens·Nescio
quid dicis·

Exeunt autem illo ianuam· uidit eum alia an
cilla·& ait his qui erant ibi· Et hic erat cum ihv
nazareno· Et iterum negauit cum iuramento·
quia non noui hominem· Et post pusillum· ac
cesserunt qui stabant·& dixerunt petro· Vere &
tu ex illis es· nam & loquela tua manifestum te fa
cit· Tunc cepit detestari & iurare quia non nouis
set hominem·& continuo gallus cantauit·

Et recordatus est petrus uerbi ihv quod dixerat·
priusquam gallus cantet ter me negabis· Et
egressus foras flenit amare·

Mane autem facto consilium inierunt omnes prin
cipes sacerdotum & seniores populi aduersus ihm·
ut eum morti traderent·

Et uinctum adduxerunt eum·& tradiderunt
pontio pilato presidi·

Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damna
tus esset· penitentia ductus retulit triginta ar
genteos principibus sacerdotum & senioribus dicens·
Peccaui tradens sanguinem iustum· At illi dixer·
Quid ad nos· Tu uideris· Et proiectis argenteis in
templo recessit·& abiens laqueo se suspendit· Prin
cipes autem sacerdotum acceptis argenteis dixer·
Non licet mittere eos in corbanan· quia pretium
sanguinis est· Consilio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum·

Propter hoc uocatus est ager ille achel dema ch
hoc est ager sanguinis usq; in hodiernum diem·
Tunc impletum est quod dictum est p ieremiam p
phetam dicentem·Et acceperunt triginta argen
tos pretium appretiati quod appretiauerunt
a filiis israhel·& dederunt eos in agrum figuli·sicut
constituit mihi dñs·

Ihc autem stetit ante presidem·& interrogauit eum
presses dicens·Tues rex iudeorum·
Dicit illi ihc·Tu dicis·Et cum accusaretur a principi
bus sacerdotum & senioribus populi·nihil respon
dit·Tunc dicit illi pilatus·Non audis quanta ad
uersum te dicunt testimonia·Et non respondit
ei ad ullum uerbum·ita ut mirarentur presses
uehementer·

Per diem autem sollemnem consueuerat presses dimit
tere populo unum uinctum quem uoluissent·
Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebā
tur barabbas·Congregatis ergo illis·dixit pilatus·
Quem uultis dimittam uobis·barabban·an ihm
qui dicitur xpc·Sciebat enim quod inuidiam
tradidissent eum·

Sedente autem illo pro tribunali·misit ad eum uxor
eius dicens·Nihil tibi & iusto illi·multa enim pas
sus hodie per uisum propter eum·

Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt

populis ut petrent barabban · ihm uero pderent ·
Respondens autem pr̃ses att illis · Quem uultis
uobis de duobus dimitti · ⁊ At illi dixer̃ · Barabban ·
Dicit illis pilatus · Quid igitur faciam de ihv qui
dicitur xp̃c · Dicunt oms · Crucifigatur · ⁊ At illi
p̃ses · Quid enim mali fecit · ⁊ At illi magis clamabunt
dicentes · Crucifigat̃ · Videns aut̃ pilatus quia
nihil pficeret sed magis tumultus fieret · accepta aqua
lauit manus coram pplo dicens · Innocens ego sum a san
guine huius · uos uidertis · Et respondens uniuer
sus pplus dix̃ · Sanguis ei⁹ sup nos · & sup filios nros ·
Tunc dimisit illis barabban · ihm aut̃ flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur · XXVIII ·
TUNC MILITES PSIDIS SUSCIPIENTES
ihm in pretorio congregauerunt ad eum uniuersam
cohortem · & exuentes eum · clamidem coccineam
circumdederunt ei · Et plectentes coronam de spi
nis posuerunt sup caput eius · & harundinem in dextera
eius · & genu flexo ante eum illudebant dicentes ·
Aue rex iudeorum · Et expuentes in eum acceperunt
harundinem · & percutiebant caput eius · Et post quam il
luserunt ei exuerunt eum clamide & induerunt eum
uestimentis eius · & duxerunt eum ut crucifigerent ·
Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum
nomine symonem · hunc angariauerunt ut
tolleret crucem eius ·

Et ducerunt in locum qui dicitur golgotha· quod
est caluarie locus·
Et dederunt ei uinum bibere·cum felle mixtum·
Et cum gustasset· noluit bibere·
Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt
uestimenta eius·sortem mittentes·Et sedentes
seruabant eum·
Et imposuerunt sup caput eius causam ipsius scrip
tam·hic est ihc· rex iudeorum·
Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones· unus
a dextris & unus a sinistris·
Pretereuntes autem blasphemabant eum·mouentes
capita sua & dicentes· Vuah qui destruit templū
di·& in triduo illud reedificat·Salua temetipsum·
si filius di es·descende de cruce·
Similiter & principes sacerdotum illudentes cum
scribis & senioribus dicebant·Alios saluos fecit·
se ipsum non potest saluum facere·Si rex israhel est·
descendat nunc de cruce·& credimus ei·Confidit
in do· liberet eum nunc si uult·Dixit enim·quia
di filius sum·
Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum
eo improperabant ei·
A sexta autem hora tenebre facte sunt sup uniuersam
terram·usq: ad horam nonam·
Et circa horam nonam·clamauit ihc uoce magna

dicens· Heli· Heli· lema sabactani· Hoc est· Dꝰ mꝰ· dꝰ meus ut quid derelinquisti me· Quidam autē illic stantes & audientes dixerunt· Heliā uocat iste·

Et continuo curren⁹ unus ex eis acceptam spongiā implens aceto & imposuit harundini· & dabat ei bibere·

Cæteri uero dicebant· Sine uideamus an ueniat helias liberans eum· Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spm·

Et ecce uelum templi scissum est in duas partes· a summo usq; deorsum·

Et terra mota est· & petre scisse sunt· & monumenta aperta sunt· & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt· Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in scam ciuitatem· & apparuerunt multis·

Centurio autem & qui cum eo erant custodientes ihm uiso terre motu & his que fiebant· timuerunt ualde dicentes· Vere filius dei erat iste·

Erant autem ibi mulieres multe a longe que secute erant ihm a galilea ministrantes ei· inter quas erat maria magdalene & maria iacobi· & ioseph mater· & mater filiorum zebedei·

Cum sero autem factum esset· uenit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph· qui & ipse discipulus erat ihu· Hic accessit ad pilatum· & petiit

corpus ihū. Tunc pilatus iussit reddi corpus.
Et acepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda. & posuit illud in monumento suo
nouo quod excederat in petra. & aduoluit saxum
magnum ad ostium monumenti & abiit.
Erat autem ibi maria magdalene & altera maria
sedentes contra sepulchrum.
Altera autem die que est post parasceuen. conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad pilatū
dicentes. Domine recordati sumus quia seductor
ille dixit adhuc uiuens. post tres dies resurgam.
Iube ergo custodiri sepulchrum usq; in diem tertium. ne forte ueniant discipuli eius & furentur
eum. & dicant plebi surrexit a mortuis. & erit
nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus.
Habetis custodiam. ite custodite sicut scitis.
Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum.
signantes lapidem cum custodibus.

VESPERE AVTEM SABBATI QVE
luscescit in prima sabbati. uenit maria magdalene & altera maria uidere sepulchrum. Et ecce
terre motus factus est magnus. Angelus enim dñi
descendit de celo. & accedens reuoluit lapidem.
& sedebat supra eum. Erat autem aspectus eius sicut
fulgur. & uestimentum eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes. & facti sunt

uduit mortui·

Feria II Pasche Lectio xxxvi

Respondens autem angelus· dixit mulieribus· Nolite timere uos· Scio enim quod ihm qui crucifixus est quaritis· non est hic surrexit enim sicut dixit· Venite & uidete locum· ubi positus erat dns· Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit· & ecce precedet uos in galileam· Ibi eum uidebitis· ecce dixi uobis· Et exeuntes cito de monumento cum timore & gaudio magno· currentes nunciare discipulis eius·

Feria III Pasche Lectio xxxvii

Et ecce ihc occurrit illis dicens· Auete· Illi autem accesserunt & tenuerunt pedes eius· & adorauerunt eum· Tunc ait illis ihc· Nolite timere· Ite nunciate fratribus meis ut eant in galileam· ibi me uidebunt· Quibus euntibus· ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem· & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant· Et congregati cum senioribus consilio accepto· pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes· Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt· & furati sunt eum nobis dormientibus· Et si hoc auditum fuerit apud preside· nos suadebimus ei· & securos uos faciemus· Illi autem accepta pecunia fecerunt sicut erant docti· Et diuulgatum est uerbum istud apud iudeos· usq; in hodiernum diem·

Feria IV Pasche Solus

Undecim autem discipuli abierunt in galileam in

montem ubi constituerat illis ihc. Et uidentes
eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt.
Et accedens ihc locutus est eis dicens. Data est
mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Euntes do
cete omnes gentes. baptizantes eos in nomine p.tris
& filii & sps sci. docentes eos seruare omnia quę
cumq; mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum
omnibus diebus usq; ad consummationem sęculi.

EXPLICIT EVANGLM SCM MATHEVM.

INCIPIT PRIĒATIO
SCĪ M MARCUM.

MARCUS EVANGELISTA DĪ ET petri in babtismate filius. atq; in diuino sermone discipulus. Sacerdotium in israhel agens. secm carnem leuita. conuersus ad fidem xpi euangelium in italia scripsit. ostendens in eo opere quale ministerium quid & generi suo deberet & xpo. Nam initium principii in uoce pphetice exclamationis instituens ordinem leuitice electionis ostendit. vt predicans predestinatum iohannem filium zacharie in uocem angeli annuciantis emissum. non solum uerbum carnem factum. sed & corpus dñi in omnia puerbum diuine uocis animatum. initium euangelice predicationis ostenderet. vt quibus legens scirent cui initium carnis in dño & in vterum aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere. atq; in se uerbum uocis quod in consonantibus pdiderat inueniret. Denique & pfecti euangelii opus in manus & abbatis mo dñi predicare dm inchoans. non laborauit natiuitatem carnis quam in prioribus uiderat dicere. sed totius in primis expositionem deseruit. ieiunii

numeri·temptationem diaboli·congregationē
bestiarum·& ministerium ptulit angtorum·
vt instituens nos ad intellegendum singula in
ordine compingens· nec auctoritatem facit rei de
merit·& proficiendo operi plenitudinem non nega
ret·Denique ampliasse sibi post fidem pollicem
dicitur: vt sacerdotio reprobus haberetur: Sed
tamen consentiens fidei predestinata potuit electio·
vt nec sic in operi verbi pderet·quod prius meruit
ingenere·Nam alexandrie epūs fuit·cuius per
singula opus scire·& euangelia sic dicta disponere·
& disciplinam sic legis agnoscere·& diuinam in
carne dñi intellegere naturam·que in nos primū
requiri·debinc inquisita uolumus agnosci·haben
tes mercedem exhortationis·Quoniam qui plantat
& qui rigat unum sunt·qui autem incrementum
prestat ds est·

INCIPIUNT CAPITULA·

I· De iohanne babtista & uictu & habitu eius·De babtismo
ihū & temptatione eius·Petrum andream Iacobum &
Iohannem sequi iubet·de homine qui spiritum immun
dum habuit sanato·

II· De socru petri a febribus liberata &·alii s multis quos ihē
saluauit·De ipso·De paralytico·Iacobum alphei sequi
iubet·apud quem cum publicanis conuiuauit·mur
murantibus iudeis dicit·non est opus sanis medicus·De

ıaumıſ diſcipulorum & filiuſ ſponſi · & de uirib; & de uino ·

·III· De eſpicis quas diſcipuli uellebant · De eo qui manum aridam habuit · & ubi dēmones ıHM confitebantur · Duodecim aplōs elegit · De beelzebub principe doemoniorum · & fortē ligando · & peccata inſpm ſcm non remitti ·

·IIII· De matre & fribuſ eius · De parabola ſeminantis · De lucerna ſub modio · De bona menſura · De parabola herbe ſpice · De grano ſinapis · Vbi innauis dormit · & exurgens tempeſtatı imperat · Et de doemone cui nomen legio fuit ·

·V· Archiſynagogi filiam dum iret reſuſcitat · mulierem a profluuio ſanguinis liberat · Puellam ſuſcitat · Prophetam in patria ſua ſine honore eſſe · Duodecim diſcipulis precepta dat & premittit eos · De capite iohis ·

·VI· Regreſſi apli ad ihm · De quinq; panib; & duob; piſcib; ıHC ambulans ſupra mare uenit ad diſcipulos · De diuerſis languoribus ſanatis · & manib; non lotis · & quod intrat in hominem non coinquinat hominē ·

·VII· De filia ſyropheniſſe a doemonio ſanata · Vbi ſurdum & mutum curauit · De ſeptem panibus in quatuor milia hominum · De phariſeis querentibus ſignum · Monet cauere a fermento phariſeorum & herodianorum · De ſpūto cēco oculos aperuit · Petrus confitetur ipſum eſſe xpm · Petrum increpat · In monte transfiguratur · Non aci poſſe ſpm immundū niſi per uniū & oratiōnē ·

·VIII· Et qui uult primus eſſe fiat nouiſſimus · Et non eſſe prohibendum qui in nomine eius uirtutem facit · Et

calice aquę frigidę · Ac oculo manu & pede eruendo · Et bonum
eſt ſal · Uxorem non debere dimitti · Infantes non arguendos ·
Vendituſ omnib; elemoſinam dandam · Et difficile diuitem
intrare in regnum di ·

VIIII · Quę eſſent uenture predicit · De filiis Zebedei · De cęco mendi
cante curato · De pullo aſine · De nummulariis exemplo eiecti ·
De ficulnea quę arefacta eſt · De peccatis fratrum remittendis ·

X · Interrogatus in qua poteſtate hęc faceret de iohannis baptiſ
mo interrogat · Parabola de uinea & colonis · De denario ceſa
ris · De muliere quę ſeptem fratres habuit · Et eundem ſcribę
dicit non longe ē a regno di · Atq; interrogat quomodo
xp̄e dicatur filius dauid · Monet cauendum a ſcribis · De
uidua & gazofilacio · De templi ſtructura ·

XI · De pſeudo xp̄is & paſſione martyrum · & commotione ſeti ·
& aduentu xp̄i · De arbore ficus · & quod diem iudicii nemo
ſciat · propter quod docet uigilandum ·

XII · De unguento ſup caput ih̄u effuſo · Iudas principibus ſacerdo
tum dn̄m pdit · apparatus paſchę · Dn̄s dicit a buno eorum
se tradendum · Petro predicit negaturum · oratione ih̄u ·
Traditio iude iudeis ·

XIII · Principes interrogant ih̄m & condemnant eum · Petrus
tertio negat · Hic pilato traditur · Pilatus dimiſſo barabba
ih̄m flagellatum crucifigendum tradidit · Paſſio ih̄u
& ſepultura & reſurrectio eius · Poſt reſurrectionem man
data · & aſcenſio eius in cęlos ·

MORIS SVKITVLAT

Sctm nſanum



Sc̄i
Ie
Ioēm
L.Lxx.

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam · qui
preparabit uiam tuam ante te
Uox clamantis in deserto · parate uiam dñi · rectas
facite semitas eius ·
Fuit iohannes in deserto baptizans · & predicans
baptismum penitentie in remissionem peccatorum
Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio · &
hierosolimite uniuersi · & baptizabantur ab illo in
iordane flumine · confitentes peccata sua ·
Erat autem iohannes uestitus pilis camelli · & zona pel
licea circa lumbos eius · & locustas & mel siluestre
edebat · Et predicabat dicens · Uenit fortior me
post me · cuius non sum dignus procumbens solue
re corrigiam calciamentorum eius · Ego baptizo
uos aqua · ille uero baptizabit uos spu sco ·
Et factum est in diebus illis · uenit ihc a nazareth ga
lilee · & baptizatus est in iordane a iohanne · & statim
ascendens de aqua uidit apertos celos · & spm tan
quam columbam descendentem & manentem in
ipso · Et uox facta est de celis · Tu es filius meus dilec
tus · in te complacui ·
Et statim spus expulit eum in desertum · & erat in de
serto quadraginta diebus & quadraginta noctibus ·
& temptabatur a satana · erat q; cum bestiis · & an
geli ministrabant illi ·
Postquam autem traditus est iohannes · uenit ihc

ingalileam· prdicans euangelium regni di &
dicens· Quoniam impletum est tempus· & adpro
pinquauit regnum di· Poenitemini· & credite
euangelio· Et prteriens secus mare galilee·
uidit symonem & andream fratrem eius mitten
tes retia in mare· erant enim piscatores·
Et dixit eis hic· Venite post me· & faciam uos fieri
piscatores hominum· Et protinus relictis retibus·
secuti sunt eum·
Et progressus inde pusillum· uidit iacobum zebedei·
& iohannem fratrem eius· & ipsos in naui compo
nentes retia· & statim uocauit illos· Et relicto
zebedeo patre suo in naui cum mercennariis·
secuti sunt eum·
Et ingrediuntur capharnaum· & statim sabbatis
ingressus in synagogam docebat eos·
Et stupebant sup doctrina eius· erat enim docens
eos sicut potestatem habens· & non sicut scribe·
Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immun
do· & exclamauit dicens· Quid nobis & tibi ihu
nazarene· Venisti perdere nos· Scio qui sis ds di·
Et comminatus est ei ihc dicens· Obmutesce &
exi de homine· Et discerpens eum spiritus immun
dus & exclamans uoce magna exiit abeo· Et mi
rata sunt omnes· ita ut conquirerent inter se dicen
tes· Quid nam hoc est· Que doctrina hec noua·

quia in potestate & spiritibus immundis imperat·
& obediunt ei· Et pcessit rumor eius in
omnem regionem galilee· ·II·
ET EGREDIENTES
de synagoga uenerunt in domum symo
nis & andree· cum iohanne & iacobo· Decumbe
bat autem socrus symonis febricitans· Et statim
dicunt ei de illa· Et accedens elleuauit eam appre
hensa manu eius· & continuo dimisit eam febris·
& ministrabat eis· Uespere autem facto cum occi
disset sol: afferebant ad eum omnes male habentes·
& demonia habentes· Et erat omnis ciuitas con
gregata ad ianuam· & curauit multos qui uexa
bantur uariis languoribus· & demonia multa
eiciebat·

Et non sinebat loqui ea· quo sciebant ipsum ẽ xp̃m·

Et diluculo ualde surgens egressus abiit in desertũ
locum· ibiq; orabat· Et persecutus est eum symon·
& qui cum illo erant· Et cum uenissent ad eum·
dixerunt ei· Quia omnes querunt te· Et ait illis·
Eamus in proximos uicos & ciuitates· ut & ibi pre
dicem· Ad hoc enim ueni· Et erat predicans in
synagogis eorum· & omni galilea· & demonia eiciens·

Et uenit ad eum leprosus deprecans eum· & genu
flexo dixit· Si uis potes me mundare· Hec autem
misertus eius· extendit manum suam & tangens

cum.ait illi·Volo·mundari·Et cumdixisset·statim
discessit.abeo lepra·& mundatus est·Et comminatus est.a·illo·statimq; eiecit illum·& dicit.a·Uide
nemini dixeris·sed uade ostende te principi sacerdotum·& offer pro mundatione tua quę precepit
moyses in testimonium illis·
Et ille egressus cepit predicare & diffamare sermonē·
ita ut iam non posset manifeste in ciuitatem introire·
sed foris in desertis locis esse·Et conuenichant.ad eum
undiq;· Et iterum intrauit capharnaum post
dies·& audtum est quod in domo esset·Et conue
nerunt multi ita ut non caperet neq; ad ianuam·
& loquebatur eis uerbum·Et uenerunt ferentes
ad eum paralyticum·qui a quatuor portabatur·
Et cum non possent offerre eum illi pre turba·nu
dauerunt tectum ubi erat·& patefacientes sub
miserunt grabatum in quo paralyticus iacebat·
Cum uidisset autem ihc fidem illorum·ait paraly
tico·Fili·dimittuntur tibi peccata·Erant autem
illic quidam de scribis sedentes·& cogitantes in cor
dibus suis·Quid hic sic loquitur·Blasphemat·
Quis potest dimittere peccata nisi solus ds·Quo
statim cognito ihc spū suo quia sic cogitarent intra
se·dicit illis·Quid ista cogitatis in cordibus uris·quid
est facilius dicere paralytico·dimittuntur tibi pecca
ta·aut dicere·surge tolle grabatum tuum & ambula·

Ut autem sciatis quia potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata · ait paralytico · Tibi dico surge · tolle grabatum tuum · & uade in domum tuam · Et statim ille surrexit · & sublato grabatto abiit coram omnibus · ita ut admirarentur omnes · & honorificarent dm dicentes · quia numquam sic uidimus ·

Et egressus est rursus ad mare · omnis q; turba uenie bat ad eum · & docebat eos · Et cum preteriret uidit leuin alfei sedentem ad theloneum · & ait illi · Sequere me · Et surgens secutus est eum ·

Et factum est cum accumberet in domo illius · multi publicani & peccatores simul discumbebant cum ihū & discipulis eius · Erant enim multi qui & sequebantur eum · Et scribe & pharisei uidentes quia manducabat cum publicanis & peccatoribus · dicebant discipulis eius · Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister uester ·

Hoc audito ihc ait illis · Non necesse habent sani medico · sed qui male habent · Non enim uenio uocare iustos · sed peccatores · Erant discipuli iohannis & pharisei ieiunantes · & ueniunt & dicunt illi · Quare discipuli iohannis & pharisei ieiunant · tui autem discipuli non ieiunant · Et ait illis ihc · Numquid possunt filii nupti arum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare ·

Quamdiu tempore habent secum sponsum·non
possunt ieiunare·Venient autem dies cum auf
retur ab eis sponsus·& tunc ieiunabunt in illis
diebus·Nemo assumentum panni rudis assu
uestimento ueteri·Alioquin aufert supplemen
tum nouum a ueteri·& maior scissura fit·Et nemo
mittit uinum nouum in utres ueteres·Alioqui
disrumpet uinum utres·& uinum effundetur·
& utres peribunt·Sed uinum nouum in utres
nouos mitti debet·

FACTVM EST AUTEM
cum sabbatis ambularet per sata·& discí
puli eius ceperunt progredi·& uellere spicas·
Pharisei autem dicebant ei·Ecce quid faciunt
sabbatis quod non licet·Et ait illis·Numquam
legistis quod fecerit dauid quando necessitatem
habuit·& esurit ipse·& qui cum eo erant·quomo
do intrauit in domum dei sub abiathar principe
sacerdotum·& panes propositionis manducauit·
quos non licebat manducare nisi sacerdotibus·
& dedit eis qui cum eo erant·
Et dicebat eis·Sabbatum propter hominem factum
est·& non homo propter sabbatum·Itaque dominus est
filius hominis etiam sabbati·Et intrauit iterum
in synagogam·& erat ibi homo habens manum
aridam·Et obseruabant si sabbatis curaret eum

accusarent eum. Et ait homini habenti manum
aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Licet sab
batis bene facere an male. animam saluam facere
an perdere. Illi autem tacebant. Et circumspiciens eos
cum ira. contristatus super cecitate cordis eorum. di
cit homini. Extende manum tuam. Et extendit.
& restituta est manus illi.

Exeuntes autem pharisei cum herodianis con
silium faciebant aduersus eum. quomodo eum per
derent. Et ihc cum discipulis suis secessit ad mare.

Et multa turba a galilea secuta est eum. &
ab hierosolimis & ab idumea. & transiordanen. & qui
circa tyrum & sydonem multitudo magna. audi
entes quę faciebat uenerunt ad eum. Et dixit disci
pulis suis ut nauicula sibi deseruirent propter turbā
ne comprimerent eum. Multos enim sanabat. ita
ut irruerent in eum ut illum tangerent. Quotquot
habebant plagas. & spiritus immundi cum illum ui
debant procidebant ei.

Et exclamabant dicentes. Tu es filius dei. Et uehemen
ter comminabatur eis ne manifestarent illum.

Et ascendens in montem uocauit ad se quos uolunt
ipse. Et uenerunt ad eum. & fecit ut essent duode
cim cum eo. & ut mitteret eos predicare. Et dedit
illis potestatem curandi infirmitates. & eiciendi
demonia.

Et imposuit symoni nomen petrus· & iacobum zebe
dei· & iohannem fratrem iacobi· & imposuit eis no
mina boanerges· quod est filii tonitrui· Et andreã
& philippum· & bartholomeum· & matheum &
thomam· & iacobum alphei· & taddeum· & symo
nem chananeum· & iudam scarioth qui tradidit eũ·
Et uenium ad domum· & conuenit iterum turba
ita ut non possent neq; panem manducare· Et
cum audissent sui exierunt tenere eum· Dicebant
enim· quoniam in furorem uersus est·
Et scribe qui a hierosolimis descenderant dicebant·
Quoniam belzebub habet· & quia in principe dae
moniorum eicit demonia·
Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis· Quomodo
potest satanas satanan eicere· Et si regnum in se
diuisum fuerit· non potest stare regnum illud· Et si
domus super semetipsam dispertiatur· non potest do
mus illa stare· Et si satanas consurrexerit in semet
ipsum divisus est· & non potuit stare sed finem
habet· Nemo potest uasa fortis ingressus in domũ
diripere· nisi prius fortem alliget· & tunc domum
eius diripiet·
Amen dico uobis· quoniam omnia dimittentur filiis
hominum peccata & blasphemie quibus blasphe
mauerint· quicumque autem blasphemauerit in spm scm
non habet remissionem in eternum· sed reus erit

R. xxxv
xii
cxxx
L. lxxxv

ctrm delicta·Quoniam dicebant·spiritum im
mundum habet· ·IIII·
ET VENIVNT MATER EIVS
& fratres & foris stantes miserunt ad eum
uocantes eum· Et sedebat circa eum turba· &
dicunt ei· Ecce mat tua & fratres tui foris quę
runt te· Et respondens eis ait· Quę est mat mea
& fratres mei· Et circumspiciens eos qui in circu
itu eius sedebant ait· Ecce mat mea & frs mei·
Qui enim fecerit uoluntatem di· hic frat meus
& soror mea· & mat mea est·

R. xxxvi
xii
cxxxvi
L. lxxxvi

ET iterum cepit docere ad mare· & congregata est
ad eum turba multa· ita ut in nauem ascendens
sederet in mari· Et omnis turba circa mare sup ter
ram erat· Et docebat illos in parabolis multa· &
dicebat illis in doctrina sua· Audite· Ecce exiit se
minans ad seminandum· Et dum seminat· aliud
cecidit circa uiam· & uenerunt uolucres· & come
derunt illud· Aliud uero cecidit sup petrosa ubi
non habuit terram multam· & statim exortum ē·
quoniam non habebat altitudinem terę· & quan
do exortus est sol exestuauit· & eo quod non habe
ret radicem exaruit· Et aliud cecidit in spinis· &
ascenderunt spinę & suffocauerunt illud· & fruc
tum non dedit· Et aliud cecidit in terram bonam·
& dabat fructum ascendentem & crescentem·

Et affirebat unum triginta & unum sexagin-
& unum centum. Et dicebat. Qui habet aurs au
diendi audiat. Et cum esset singularis interro
gauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim pa
rabolam. & dicebat eis. Vobis datum est scire mys
terium regni dei.

Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt.
ut uidentes uideant & non uideant. & audientes
audiant & non intelligant. nequando conuertan
tur & dimittantur eis peccata. Et ait illis. Ne
scitis parabolam hanc. & quomodo omnes para
las cognoscetis.

Qui seminat uerbum seminat. Hi autem sunt qui
circa uiam ubi seminatur uerbum. & cum audierint
confestim uenit satanas & aufert uerbum quod se
minatum est in cordibus eorum. Et hi sunt simi
liter qui supra petrosa seminantur. qui cum audierint
uerbum statim cum gaudio accipiunt illud. & non
habent radicem in se. sed temporales sunt. Deinde
orta tribulatione & persecutione propter uerbum.
confestim scandalizantur. Et alii sunt qui in spi-
nis seminantur. hi sunt qui uerbum audiunt. & erumne
seculi & deceptio diuitiarum. & circa reliqua con
cupiscentie introeuntes suffocant uerbum. & sine
fructu efficitur. Et hi sunt qui supra terram bonam
seminati sunt qui audiunt uerbum & suscipiunt

& fructificant · unum triginta · & unum sexagin
ta · & unum centum ·

R. M xxxviii T II M xxii L cxxxiii

Et dicebat illis · Numquid uenit lucerna ut sub
modio ponatur aut sub lecto · nonne ut super
candelabrum ponatur ·

R. M xl T II M xcii L lxxx

Non enim est aliquid absconditum quod non ma
nifestetur · nec factum est occultum · sed ut inpalā
ueniat · Siquis habet aures audiendi audiat ·

R. M xli T II M l L lvi

Et dicebat illis · Videte quid audiatis · In qua men
sura mensi fueritis remetietur uobis · & adiciet̃ uob ·

R. M xlii T II M cclxxi L ccxxx

Qui enim habet dabitur illi · Et qui non habet · etiā
quod habet auferetur ab eo ·

R. M xliii X S lv

Et dicebat; sic est regnum dī · quemadmodum si
homo iaciat sementem in terram · & dormiat · & ex
surgat nocte ac die · & semen germinet · & increscat
dum nescit ille · ultro enim terra fructificat · primū
herbam · deinde spicam · deinde plenum frumentū
in spica · Et cum se p̄duxerit fructus · statim mittit
falcem · quoniam adest messis ·

R. M xliiii T II M cxxxviii L clxviii

Et dicebat · Cui assimilabimus regnum dī · aut cui
parabole comparabimus illud · Sicut granum
sinapis · quod cum seminatum fuerit in terra ·
minus est omnibus seminibus que sunt in terra ·
Et cum seminatum fuerit · ascendit & fit maius
omnibus holeribus · & facit ramos magnos · ita ut
possint sub umbra eius aues celi habitare ·

Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum.
prout poterant audire. Sine parabola autem non
loquebatur eis.
Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.
Et ait illis in illa die cum sero esset factum. Transeamus
contra. Et dimittentes turbam. assumunt eum
ita ut erat in nauí. Et alie naues erant cum illo.
Et facta est procella magna uenti. & fluctus mitte
bat in nauem. ita ut impleretur nauis. Et erat
ipse in puppi. super cervical dormiens. Et excitant
eum & dicunt ei. Magister. non adte pertinet quia
perimur. Et exurgens comminatus est uento. &
dixit mari. Tace. obmutesce. Et cessauit uentus.
& facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid
timidi estis. necdum habetis fidem. Et timuerunt
magno timore. & dicebant ad alterutrum. Quis
putas est iste. Quia & uentus & mare obediunt ei.
Et uenerunt trans fretum maris in regionem gera
senorum. Et exeunti ei de naui. statim occurrit
de monumentis homo in spiritu immundo. qui
domicilium habebat in monumentis. & neq; catena
nisi iam quisquam eum poterat ligare. quoniam
sepe compedibus & catenis uinctus distrupisset
catenas. & compedes comminuisset. Et nemo po
terat eum domare. & semp nocte ac die in monu
mentis & in montibus erat clamans & concidens

sc lapidibus. Videns autem ihm a longe cucurrit
& adorauit eum & clamans uoce magna dixit.
Quid mihi & tibi ihu fili dei summi. adiuro te p
dm ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi immun
de spiritus ab homine. Et interrogabat eum. Qd
tibi nomen est. Et dicit ei. Legio nomen mihi est.
quia multi sumus. Et deprecabantur eum multu
ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi
circa montem grex porcorum magnus pascens. &
deprecabantur eum spiritus dicentes. Mitte nos
in porcos. ut in eos introeamus. Et concessit eis
statim ihc. Et exeuntes spiritus immundi introie
runt in porcos. & magno impetu grex precipitat
est in mare. ad duo milia. & suffocati sunt in mari.
Qui autem pascebant eos fugerunt. & nunciaue
runt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt vide
re quid esset factum. Et uenerunt ad ihm. & uide
runt eum qui a demonio uexabatur sedentem uesti
tum & sana mente. & timuerunt. Et narrauerun
illis qui uiderant qualiter factum esset ei qui dae
monium habuerat. & de porcis. Et rogare eum ce
perunt ut discederet de finibus eorum.

Cumq; ascenderet nauem. cepit illum deprecari qui
a demonio uexatus fuerat ut esset cum illo. Et
non admisit eum. sed ait illi. Vade in domum tuã
ad tuos. & adnuncia illis quanta tibi dns fecerit.

& misertus sit tui· Et abiit & cepit predicare in
decapoli quanta sibi fecisset ihc· & omnes mira
bantur: ·V·

ET CVM TRANSEGISSET ihc
in naui rursus transfretum· conuenit tur
ba multa ad illum· & erat circa mare·
Et uenit quidam de archisynagogis nomine iairus·
& uidens eum procidit ad pedes eius· & deprecabatur
eum multum dicens· Quoniam filia mea in extremis
est· ueni impone manum super eam ut salua sit &
uiuat· Et abiit cum illo· & sequebatur eum tur
ba multa· & comprimebant illum· Et mulier que
erat in profluuio sanguinis annis duodecim & fuerat
multa passa a compluribus medicis· & erogauerat
omnia sua nec quicquam profecerat sed magis dete
rius habebat· cum audisset de ihu· uenit in turba
retro· & tetigit uestimentum eius· Dicebat enim·
Quia si uel uestimentum eius tetigero· salua ero·
Et confestim siccatus est fons sanguinis eius· & sen
sit corpore quod sanata esset a plaga· Et statim ihc
cognoscens in semetipso uirtutem que exierat de co·
conuersus ad turbam aiebat· Quis tetigit uestimen
ta mea· Et dicebant ei discipuli sui· Vides turbam
comprimentem te· & dicis· quis me tetigit· Et cir
cumspiciebat uidere eam que hoc fecerat· Mulier
autem timens & tremens· sciens quod factum esset

inſe·uenit & peidit amit eum·& dixit ei omnem
ueritatem·Illi autem dixit ei·Filia fides tua te
ſaluam fecit uade in pace·& eſto ſana a plaga tua·
Adhuc eo loquente·uenium ab archiſynagogo
dicentes·Quia filia tua mortua eſt·quid ultra uexas
magiſtrum·Iheſus autem uerbo quod dicebatur au
dito·ait archiſynagogo·Noli timere·tantummo
do crede·Et non admiſit quemquam ſequi ſe niſi
petrum & iacobum & iohannem fratrem iacobi·
Et uenium in domum archyſinagogi·& uidet
tumultum·& flentes & ululantes multum·Et in
greſſus ait eis·Quid turbamini & plorates·puella
non eſt mortua ſed dormit·Et deridebant eum·
Ipſe uero eiectis omnibus·aſſumit patrem & matrem
puelle·& quiſcum erant·& ingreditur ubi pu
ella erat iacens·Et tenens manum puelle·ait illi·
Thalitha cumi·quod eſt interpretatum·puella
tibi dico ſurge·Et confeſtim ſurrexit puella·&
ambulabat·Erat autem annorum duodecim·&
obſtupuerunt ſtupore maximo·Et precepit illis
uehementer ut nemo id ſciret·& dixit dari illi
manducare·

Et egreſſus inde abiit in patriam ſuam·& ſequuntur
eum diſcipuli ſui·Et facto ſabbato·cepit
in ſynagoga docere·Et multi audientes admi
rantur in doctrina eius dicentes·Unde huic hec

omnia. & quę est sapientia quę data est illi. & uir
tutes tales quę per manus eius efficiuntur. Nonne
iste est faber filius marię. frater iacobi & ioseph &
iude & symonis. & scandalizabantur in illo.
Et dicebat eis ihc. Quia non est propheta sine honore
nisi in patria sua. & in cognatione sua. & in domo
sua. Et non potuit ibi uirtutem ullam facere.
nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.
Et mirabatur propter incredulitatem illorum.
Et circuibat castella in circuitu docens.
Et conuocauit duodecim. & cepit eos mittere binos.
& dabat illis potestatem spirituum immundorum.
Et precepit eis ne quid tollerent in uia nisi uirgã
tantum. non peram. non panem. neq; in zona aes.
sed calciatos sandaliis. & ne induerentur duabus tunicis.
Et dicebat eis. Quocumq; introieritis in domum illic
manete. donec exeatis inde.
Et quicumq; non receperint uos nec audierint uos.
exeuntes inde excutite puluerem de pedibus uestris
in testimonium illis.
Et exeuntes predicabant ut penitentiam agerent.
& demonia multa eiciebant. & ungebant oleo
multos egros & sanabant.
Et audiuit herodes rex. manifestum enim factum
est nomen eius & dicebat. Quia iohannes baptista
resurrexit a mortuis. & propterea operantur uirtutes

millo. ſ Alii autem dicebant. quia helias eſt. ſ Alii
uero dicebant quia ꝓpheta eſt quaſi unus ex ꝓphetis.

Quo audito herodes ait. Quem ego decollaui iohan
nem. hic a mortuis reſurrexit.

Ipſe enim herodes miſit ac tenuit iohannem. &
uinxit eum in carcere. ꝓpter herodiadem uxo
rem philippi fratris ſui. quia duxerat eam.

Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere
uxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur
illi. & uolebat occidere eum nec poterat. Herodes
enim metuebat iohannem. ſciens eum uirum
iuſtum & ſcm. & cuſtodiebat eum. Et audito eo
multa faciebat. & libenter eum audiebat. Et
cum dies oportunus accidiſſet. herodes natalis
ſui cenam fecit principibus & tribunis & primis
galilee. Cumq; introiſſet filia ipſius herodiadis
& ſaltaſſet & placuiſſet herodi ſimulq; recumben
tibus. rex ait puelle. Pete a me quod uis. & dabo
tibi. Et iurauit illi. quia quicquid petieris da
bo tibi. licet dimidium regni mei. Que cum ex
iſſet. dixit matri ſue. Quid petam. Et illa dixit.
Caput iohannis baptiſte. Cumq; introiſſet ſta
tim cum feſtinatione ad regem. petiuit dicens.
Volo ut ꝓtinus des mihi in diſco. caput iohanni
baptiſte. Et contriſtatus eſt rex ꝓpter iuſiuran
dum. & ꝓpter ſimul recumbentes. noluit eam

contristaret sed misso speculatore precepit affer
ri capite eius indisco. Et decollauit eum in car
cere. & adtulit capite eius indisco. & dedit illud
puelle. & puella matri sue. Quo audito discipu
li eius. uenerunt & tulerunt corpus eius. & po
suerunt illud in monumento. VI.

CONVENIENTES
apostoli ad ihm. renunciauerunt illi
omnia que egerant & docuerant.
Et ait illis Uenite seorsum in desertum locum. &
requiescite pusillum. Erant enim qui uenie
& redibant multi. & nec manducandi spaci
um habebant.
Et ascendentes in nauim abierunt in desertum
locum seorsum. Et uiderunt eos abeuntes. &
cognouerunt multi. Et pedestres & de omni
bus ciuitatibus concurrerunt illuc. & preuene
runt eos. Et exiens uidit turbam multam ihc.
& misertus est super eos. quia erant sicut oues
non habentes pastorem. Et cepit docere illos
multa. Et cum iam hora multa fieret. accesse
runt discipuli eius dicentes.
Desertus est locus hic. & iam hora preterit. dimit
te illos. ut euntes in proximas uillas & uicos emant
sibi cibos quos manducent. Et respondens ait
illis. Date illis uos manducare. Et dixerunt e.

Et unde ematmus denarios ducentos panes & dabi
mus eis manducare. Et dicit eis. Quot panes
habetis. ite & uidete. Et cum cognouissent
dicunt. Quinq; & duos pisces. Et precepit illis
ut accumbere facerent omnes secundum contu
bernia super uiride fenum. Et discubuerunt
in partes per centenos & per quinquagenos. Et
acceptis quinq; panibus & duobus piscibus in
tuens celum benedixit & fregit panes. & dedit
discipulis suis ut ponerent ante eos. Et duos pis
ces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes.
& saturati sunt. Et sustulerunt reliquias frag
mentorum duodecim cophinos plenos & de piscib;
Erant autem qui manducauerunt quinq; milia
uirorum.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim
ut precederent eum transfretum ad bethsaydam
dum ipse dimitteret populum.

Et cum dimisisset eos. abiit in montem orare.

Et cum sero esset. erat nauis in medio mari. & ipse
solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigan
do. erat enim uentus contrarius eis. Et circa quar
tam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans sup
mare. & uolebat preterire eos. At illi ut uiderunt
eum ambulantem sup mare putauerunt fantas
ma esse. & exclamauerunt. Omnes enim eum ui

derunt & conturbati sunt. Et stratum locutus ē
cum eis & dixit illis. Confidite. ego sum. nolite
timere. Et ascendit ad illos in nauim. & cessa
uit uentus. Et plus magis intra se stupebant.
Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim
cor eorum obcecatum. Et cum transfretassent
peruenerunt in terram genesareth. & applicuer̄.
Cumq; egressi essent de naui. continuo cognouer̄
eum. Et percurrentes uniuersam regionem illā
ceperunt in grabatis eos qui se male habebant
circumferre. ubi audiebant eum esse. Et quo
cumq; introibat uicos uel uillas aut ciuita
tes. in plateis ponebant infirmos. & deprecaban
tur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tange
rent. Et quotquot tangebant eum. salui fiebant.
Et conueniunt ad eum pharisei & quidam de scri
bis uenientes ab hierosolimis. Et cum uidissent
quosdam ex discipulis eius communibus manib⁹
id est non lotis manducare panes. uituperauerunt.
Pharisei enim & omnes iudei nisi crebro lauent
manus non manducant. tenentes traditionem
seniorum. Et a foro nisi baptizentur non come
dunt. Et alia multa que tradita sunt illis seruare.
baptismata calicum & urceorum. & aramentorū
& lectorum.
Et interrogabant eum pharisei & scribe. Quare

discipuli tui non ambulant iuxta traditionē
seniorum·sed communibus manibus mandu
cant panem·℣ Et ille respondens dixit eis·Bene
pphetauit esaias de uobis hypocritis·sicut scrip
tum est·Populus hic labiis me honorat·cor autē
eorum longe abest a me·In uanum autem me
colunt·docentes doctrinas precepta hominum·
Relinquentes enim mandatum dī·tenetis tra
ditionem hominum·Baptismata urceorum
& calicum·& alia similia his facitis multa·Et
dicebat illis·Et bene irritum facitis preceptum
dī·ut traditionem uestram seruetis·Moyses enim
dixit·Honora patrem tuum & matrem tuam·
& qui maledixerit patri aut matri·morte mori
atur·Uos autem dicitis·Si dixerit homo patri
aut matri·corban·quod est donum quodcūq;
ex me tibi p̄dest·Et ultra non dimittitis eum
quicquam facere patri suo aut matri·rescinden
tes uerbum dī per traditionem uestram quam
tradidistis·& similia huiusmodi multa facitis·
Et aduocans iterum turbam·dicebat illis·℣ Audi
te me omnes & intelligite·Nihil est extra homi
nem introiens in eum·quod possit eum coinqui
nare·Sed quae de homine procedunt·illa sunt
quę communicant hominem·Si quis habet au
res audiendi audiat·

Et cum introisset in domum turba interrogabant
eum discipuli eius parabolam. Et ait illis:
Sic & uos imprudentes estis? non intelligitis
quia omne extrinsecus introiens in hominem
non potest eum com municare quia non intrat
in cor eius sed in uentrem & in secessum exit
purgans omnes escas. Dicebat autem. Quoniã
quae de homine exeunt illa communicant
hominem. Intus enim de corde hominum
cogitationes male procedunt. adulteria. fornica
tiones. homicidia. furta. auaricie. nequitie.
dolus. impudicicia. oculus malus. blasphemia.
Superbia. stultitia. Omnia hec mala abintus
procedunt. & communicant hominem.

Et INDE SURGENS. VII.
abiit in fines tyri & sydonis. Et ingres
sus domum neminem uoluit scire. & non potu
it latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo
cuius habebat filia spiritum immundum intra
uit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier
gentilis syrophenissa genere.

Et rogabat eum ut demonium eiceret de filia
eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios.
Non est enim bonum sumere panem filiorum.
& mittere canibus. At illa respondit & dixit ei.
Utiq; dne. nam & catelli submensa comedunt

demicas puerorum. Et ait illi. Propter hunc ser
monem uade. & exiit demonium de filia tua.
Et cum abisset domum suam. inuenit puellam
iacentem supra lectum. & demonium exisse.

R. ℣. lxxxiii
S. Luc

Et rursum exiens de finibus tyri uenit p sydonē
ad mare galileę inter medios fines decapoleos.
Et adducunt ei surdum & mutum. & deprecā
bantur eum ut imponat ei manum. Et apprē
hendens eum de turba seorsum. misit digitos suos
in auriculas eius. & expuens tetigit linguam eius.
& suspiciens in cęlum ingemuit & ait illi. Effa
quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures
eius. & solutum est uinculum linguę eius. & lo
quebatur recte. Et precepit illis. ne cui dicerent.

R. ℣. lxxv
Luc viii

Quanto autem eis precipiebat. tanto magis plus
predicabant. & eo amplius admirabantur dicentes.

R. ℣. lxxvi
Luc vi
℣. exl

Bene omnia fecit. & surdos fecit audire. & mutos
loqui. In diebus illis iterum cum turba multa
esset cum ibi non haberent quod manducarent.
conuocatis discipulis ait illis. Misereor super tur
bam. quia ecce iam triduo sustinent me. nec ha
bent quod manducent. Et si dimisero eos ieiu
nos in domum suam. deficient in uia. Quidam
enim ex eis de longe uenerunt. Et responderunt
ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare
panibus in solitudine. Et interrogauit eos.

Quot panes habetis. Qui dixerunt. Septem.
Et precepit turbe discumbere super terram. Et
accipiens septem panes gratias agens fregit & de
dit discipulis suis ut apponerent. & apposuer
turbe. Et habebant pisciculos paucos. & ipsos
benedixit. & iussit & hos apponi. Et manducaueru
& saturati sunt. Et sustulerunt quod superauit
de fragmentis. septem sportas. Erant autem
qui manducauerunt quasi quatuor milia. &
dimisit eos. Et statim ascendens nauim cum
discipulis suis uenit in partes dalmutha. ¶ cum.
Et exierunt pharisei & ceperunt conquirere cū
eo. querentes. a illo signum de celo. temptantes
Et ingemiscens spū ait. Quid generatio ista que
rit signum. Amen dico uobis. si dabitur generā
tioni isti signum. Et dimittens eos. ascendens
iterum nauim abiit trans fretum. Et ob
liti sunt sumere panes. & nisi unum panem non
habebant secum in nauī.
Et precipiebat eis dicens. Uidete cauete a fermen
to pharisęorum. & fermento herodis.
Et cogitabant ad alterutrum dicentes. quia panes
non habemus. Quo cognito ihc. ait illis. Quid co
gitatis quia panes non habetis. Nondum cognosci
tis nec intelligitis. Adhuc cecatum habetis cor
uestrum. Oculos habentes non uidetis. & aures

habentes non audistis. Nec recordamini quan
do quinq; panes fregi in quinq; milia. & quot
plenos cophinos fragmentorum sustulistis. Dicunt ei.
Duodecim. Quando & septem panes in quatuor
milia. quot sportas fragmentorum tulistis. Et
dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomo
do nondum intelligitis.

Et uenerunt bethsaydam. & adducunt ei cecum.
& rogabant eum ut illum tangeret. Et appre
hensa manu ceci eduxit eum extra uicum. & ex
spuens in oculos eius impositis manibus suis in
terrogauit eum si aliquid uideret. Et aspiciens
ait. Video homines uelut arbores ambulantes.
Deinde iterum imposuit manus super oculos eius.
& cepit uidere. Et restitutus est ita ut uideret
clare omnia. Et misit illum in domum suam
dicens. Vade in domum tuam. & si in uicum
introieris nemini dixeris.

Et egressus est ihc & discipuli eius in castella cesaree
philippi. Et in uia interrogabat discipulos suos
dicens eis. Quem me dicunt esse homines. Qui
responderunt illi dicentes. Iohannem baptistam.
Alii heliam. Alii uero quasi unum de prophetis.
Tunc dicit illis. Vos uero quem me esse dicitis.
Respondens petrus ait ei. Tues xpc. Et commina
tus est eis ne cui dicerent de illo. Et cepit docere

illos· quoniam oportet filium hominis multa pati
& reprobari a senioribus & a summis sacerdotibus
& scribis & occidi· & post tres dies resurgere· Et
palam uerbum loquebatur·

Et apprehendens eum petrus· cepit increpare eum·
Qui conuersus & uidens discipulos suos commi
natus est petro dicens· Uade retro me satana·
quoniam non sapis quę di sunt· sed quae sunt
hominum·

Et conuocata turba cum discipulis suis dixit eis·
· Si quis uult me sequi deneget semetipsum· & tol
lat crucem suam & sequatur me· Qui enim uolu
erit animam suam saluam facere· perdet eam·
Qui autem perdiderit animam suam, propter me
& euangelium· saluam eam faciet· Quid enim
proderit homini si lucretur mundum totum·
& detrimentum faciat anime sue· Aut quid da
bit homo commutationis pro anima sua·

Qui enim me confusus fuerit & mea uerba in gene
tione ista adultera & peccatrice· & filius hominis
confundetur cum cum uenerit in gloria patris
sui cum angelis sanis·

Et dicebat illis· Amen dico uobis· quia sunt quidā
de hic stantibus qui non gustabunt mortem· do
nec uideant regnum dei uenientis in uirtute· Et
post dies sex· assumit ihc petrum & iacobum &

iohannem·& ducit illos in montem excelsum
seorsum solos· & transfiguratus est coram ipsis·
Et uestimenta eius facta sunt splendentia & can
dida nimis ut nix· qualia fullo super terram
non potest candida facere· Et apparuit illis
helias cum moyse· & erant loquentes cum ihū·
Et respondens petrus ait ihū· Rabbi· bonum
est nos hic esse· & faciamus tria tabernacula·
tibi unum· & moysi unum· & helie unum·
Non enim sciebat quid diceret· Erant enim ti
more exterriti· Et facta est nubes obumbrans eos·
& uenit uox de nube dicens· Hic est filius meus
carissimus· audite illum· Et statim circumspi
cientes neminem amplius uiderunt nisi tantum
ihm secum· Et descendentibus illis de monte·
precepit illis ne cui quę uidissent narrarent· nisi
cum filius hominis a mortuis resurrexerit·

R
ccl xxxvm
x
s a l u s

Et uerbum continuerunt apud se· conquirentes
quid esset· cum a mortuis resurrexerit·

R
ccl xxxvm
y vi
ccc l xxxvi

Et interrogabant eum dicentes· Quid ergo dicunt
pharisei & scribę quia helyam oportet uenire pri
mum· Qui respondens ait illis· helias cum uene
rit· primo restituet omnia· Et quomodo scriptū
est in filium hominis· ut multa patiatur & con
temnatur· Sed dico uobis quia & helias uenit· &
fecerunt illi quęcumq; uoluerunt· sicut scriptū
est de eo·

Et uenient ad discipulos suos uidit turbam magnã
circa eos & scribas conquirentes cum illis. Et con
festim omnis populus uidens ihm stupefactus ẽ.
& expauerunt. & accurrentes salutabant eum.
Et interrogauit eos. Quid inter uos conquirit.
Et respondens unus de turba dixit. Magister. ad
tuli filium meum ad te habentem spiritum mu
tum. qui ubicumq; eum apprehenderit allidit
eum & spumat. & stridet dentibus & arescit. Et
dixi discipulis tuis ut eicerent eum. & non potue
runt. Qui respondens eis dixit. O generatio incre
dula. quamdiu apud uos ero. quamdiu uos patiar.
Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et eũ
uidisset illum. statim spiritus conturbauit eum.
& elisus interra uolutabatur spumans. Et inter
rogauit patrem eius. Quantum temporis est ex
quo hoc ei accidit. At ille ait. A infantia. Et fre
quenter eum & in ignem & in aquas misit. ut eum
perderet. Sed si quid potes. adiuua nos misertus nri.
Ihc autem ait illi. Si potes credere. omnia possibilia
credenti. Et continuo exclamans pater pueri. cũ
lacrimis aiebat. Credo dne. adiuua incredulitatẽ
meam. Et cum uidisset ihc concurrentem turbã.
comminatus est spiritui immundo. dicens illi. Sur
de & mitte spiritus. ego tibi precipio. exi ab eo. &
amplius ne introeas in eum. Et clamans & multum

discerpens eum exiit ab eo. Et factus est sicut mor
tuus. ita ut multi dicerent. quia mortuus est.
Ihc autem tenens manum eius. eleuauit eum
& surrexit.

R. Dxcm X Solus

Et cum introisset in domum. discipuli eius secre
to interrogabant eum. Quare nos non potuimus
eicere eum. Et dixit illis. Hoc genus in nullo
potest exire nisi in oratione & ieiunio. VIII

R. Dxcm VII Delexem Lel

INDE PROFECTI
inde egredientes. per galilaeam. nec uole
bat quemquam scire. Docebat autem
discipulos suos. & dicebat illis. Quia filius hominis
tradetur in manus hominum. & occident eum.
& occisus tertia die resurget. Ipsi autem ignorabant
uerbum. & timebant eum interrogare.

R. Dxcm X Solus

Et uenerunt capharnaum. Qui cum domi esset.
interrogabat eos. Quid in uia tractabatis.

R. Dxcv VII Delexem Lem

At illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputa
uerant. quis esset illorum maior. Et residens uo
cauit duodecim. & ait illis. Si quis uult primus
esse erit omnium nouissimus. & omnium minis
ter. Et accipiens puerum statuit eum in medio
eorum. Quem cum complexus esset. ait illis. Quis
quis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomi
ne meo me recipit.

R. Dxcvi Dxcvm Lexvi Lexvexl

Et quicumq; me susceperit. non me suscipit. sed eum

qui me misit·

Respondit illi iohannes dicens· Magister· uidimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia qui non sequitur nos· & prohibuimus eum· Ihc autem ait· Nolite prohibere eum· Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo· & possit cito male loqui de me· Qui enim non est aduersum uos· pro uobis est·

Quisquis enim potum dederit uobis calicem aque in nomine meo quia xpi estis· amen dico uobis· non perdet mercedem suam·

Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me· bonum est ei magis si circumdaretur· mola asinaria collo eius· & immergeretur· Et si scandalizauerit te manus tua· abscide illam· Bonum est tibi debilem introire in uitam· quam duas manus habentem ire in gehennam· in ignem inextinguibilem·

Vbi uermis eorum non moritur· & ignis non extinguitur· Et si pes tuus te scandalizat· amputa illum· Bonum est tibi claudum introire in uitam eternam· quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis· Vbi uermis eorum non moritur· & ignis non extinguitur· Quod si oculus tuus scandalizat te eice eum· Bonum est tibi luscum introire in regnum

di·quam duos oculos habentem mitti ingehen
nam ignis·vbi uermis eorum non moritur·&
ignis non extinguitur: Omnis enim igne salietur:
& omnis uictima sale sietur:

R Dñica xii Marci Lectio

Bonum est sal· Quod si sal insulsum fuerit·inquo
illud condietis? Habete in uobis sale m·& pace
habete inter uos:

R Dñica xiii Marci Lectio

Et inde exurgens uenit in fines iudee ultra iorda
nem· Et conuenerunt iterum turbe ad eum·&
sicut consueuerat iterum docebat illos· Et acce
dentes pharisei interrogabant eum· Si licet uiro
uxorem dimittere? temptantes eum· At ille re
spondens dixit eis· Quid uobis precepit moyses?
Qui dixerunt· Moyses permisit libellum repudii
scribere & dimittere· Quibus respondens ihc ait·
Ad duriciam cordis uestri scripsit uobis preceptu
istud· A principio autem creature masculum &
feminam fecit eos ds· Propter hoc relinquet ho
mo patrem suum & matrem·& adherebit ad ux
orem suam·& erunt duo in carne una· Itaq: iam
non sunt duo·sed una caro· Quod ergo ds iunxit·
homo non separet·

R Dñica xiiii Solis

Et in domo iterum discipuli eius de eodem inter
rogauerunt eum·

R Dñica xv Marci Lectio

Et dicit illis· Quicumq: dimiserit uxorem suam
& aliam duxerit adulterium committit super eam·

Et si uxor dimiserit uirum suum & alii nup
serit mœchatur·
Et offerebant illi paruulos· ut tangeret illos·
Discipuli autem comminabantur offerentibus.
Quos cum uidisset ihc indigne tulit· & ait illis·
Sinite paruulos uenire ad me· & ne prohibueritis eos·
Talium est enim regnum dī· Amen dico uobis·
quisquis non receperit regnum dī uelut paruu
lus· non intrabit in illud· Et complexans eos· &
imponens manus super illos benedicebat eos·
Et cum egressus esset in uiam· procurrens quidam
genuflexo ante eum rogabat eum· Magister
bone· quid faciam ut uitam æternam percipiam·
Ihē autem dixit ei· Quid me dicis bonum· nemo
bonus· nisi unus dṡ· Precepta nosti· ne adulteres·
ne occidas· ne furteris· ne falsum testimonium dixe
ris· ne fraudem feceris· honora patrem tuum & ma
trem· At ille respondens ait illi· Magister· omnia
hec obseruaui a iuuentute mea·
Ihē autem intuitus eum dilexit eum· & dixit illi·
Unum tibi deest· Vade quecumq; habes uende
& da pauperibus· & habebis thesaurum in celo·
& ueni sequere me·
Qui contristatus in uerbo abiit mestus· Erat enim
habens possessiones multas· Et circumspiciens
ihē· ait discipulis suis· Quam difficile qui pecu

mas habent in regnum di introibunt· Discipu
li autem obstupescebant in uerbis eius· At ihc
rursus respondens ait illis· Filioli quam difficile
est confidentes in pecunias in regnum di introire·
Facilius est camelum per foramen acus transire·
quam diuitem intrare in regnum di· Qui magis
admirabantur dicentes ad semetipsos· Et quis
potest saluus fieri· Et intuens illos ihc· ait illis·
Apud homines impossibile est· sed non apud dm·
Omnia enim possibilia sunt apud dm· Et cepit
ei petrus dicere· Ecce nos dimisimus omnia &
secuti sumus te·

R. Qui
V. Et
Qui ex
Lectio

Respondens ihc ait· Amen dico uobis· nemo est
qui reliquerit domum aut fratres aut sorores
aut matrem aut patrem aut filios aut agros
propter me & ppter euangelium· qui non ac
cipiat centies tantum nunc in tempore hoc·
domos· & fratres· & sorores· & matres· & patres·
& filios & agros cum persecutionibus· & in seculo
futuro uitam eternam·

R. Qui
V. Et
Qui ex
Lectio

Multi autem erunt primi nouissimi· & nouissimi
primi·

·VIIII·

IN ILLO TEMPORE·

R. Qui
V. Et
Qui ex
Lectio

Ascendentes in ierosolimam· & precede
bat illos ihc & stupebant· & sequentes timebant·
Et assumens iterum duodecim· cepit illis dicere

quę essent ei audituri. Quia ecce ascendimus
ierosolimam. & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & senioribus. & damnabunt eum morte. & tradent eum gentibus.
& illudent ei. & conspuent eum. & flagellabunt
eum. & interficient eum. & tertia die resurget.
Et accedunt ad eum iacobus & iohannes filii zebedei dicentes. Magister. uolumus ut quodcūq;
petierimus faciat nobis. At ille dixit eis. Quid
uultis ut faciam uobis. Et dixerunt. Da nobis
ut unus ad dextram tuam & alius ad sinistram
tuam sedeamus in gloria tua. Ihc autem ait eis.
Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem
quem ego bibo. aut baptismo quo ego baptizor
baptizari. At illi dixerunt ei. Possumus. Ihc ait
ait eis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis.
& baptismo quo ego baptizor baptizabimini.
sedere autem ad dextram meam uel ad sinistram
non est meum dare. sed quibus paratum est.
Et audientes decem ceperunt indignari de iacobo & iohanne. Ihc autem uocans eos ait illis.
Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus
dominantur eis. & principes eorum potestatem
habent ipsorum. Non ita est autem in uobis.
Sed quicumq; uoluerit fieri maior. erit uester
minister. Et quicumq; uoluerit in uobis primus

est· ert omnium seruus·

℟ ℣ ℟ ✠ Ihesu Christe

Nam & filius hominis non uenit ut ministrartur
a· sed ut ministrart· & dart animam suam re
demptionem pro multis·

℟ ℣ ℟ Et uenium iericho· Et pficiscente eo de iericho
& discipulis eius & plurima multitudine· filius
tymei barthimeus cecus sedebat iuxta uiam
mendicans· Qui cum audisset quia ihc nazare
nus est· cepit clamare & dicere· Fili dauid ihu
miserere mei· Et comminabantur illi multi
ut taceret· ¶ At ille multomagis clamabat· fili
dauid miserere mei· Et stans ihc· precepit illum
uocari· Et uocant cecum· dicentes ei· ¶ Animequi
or esto· surge uocat te· Qui proiecto uestimento
suo· exiliens uenit ad eum· Et respondens ihc·
dixit illi· Quid uis tibi faciam· Cecus autem
dixit ei· Rabboni· ut uideam· Ihc autem ait illi·
Uade· fides tua te saluum fecit· Et confestim
uidit· & sequebatur eum in uia·

℟ ℣ ℟ Et cum adpropinquassent ierosolime & bethanie
ad montem oliuarum· mittit duos ex discipulis
suis· & ait illis· Ite in castellum quod est contra uos·
& statim intrantes illuc inuenietis pullum li
gatum sup quem nemo adhuc hominum sedit·
soluite illum & adducite·

Et si quis uobis dixerit· quid facitis· dicite quia

dño necessarius est· & continuo illum dimittet huc·
Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in biuio· & soluunt eum· Et quidam de illic stantibus dicebant illis· Quid facitis
soluentes pullum· Qui dixerunt eis sicut præcepit illis ihe· & dimiserunt eos Et duxerunt
pullum ad ihm· & imponunt illi uestimenta
sua· & sedit supra eum· Multi autem uestimenta
sua strauerunt in uia· Alii autem frondes cedebant
de arboribus· & sternebant in uia·
Et qui præibant & qui sequebantur clamabant dicentes· Osanna benedictus qui uenit in nomine
dñi· benedictum quod uenit regnum patris nri
dauid· osanna in excelsis·
Et introiuit ierosolimam in templum· Et circumspectis omnibus cum iam uespera esset hora exiit
in bethaniam cum duodecim· Et alia die cum exirent a bethania esurijt· Cumq; uidisset a longe ficum habentem folia· uenit si quid forte inueniret
in ea· Et cum uenisset ad eam nihil inuenit præter
folia· Non enim tempus erat ficorum· Et respondens dixit ei· Iam non amplius in æternum quis
quam fructum ex te manducet· Et audiebant
discipuli eius·
Et ueniunt ierosolimam· Et cum introisset templum· cepit eicere uendentes & ementes in templo·

& mensas nummulariorum & cathedras uenden
tium columbas euertit. Et non sinebat ut quis
quam transferret uas per templum. & docebat di
cens illis. Nonne scriptum est quia domus mea
domus orationis uocabitur omnibus gentibus.
Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

Quo audito principes sacerdotum & scribe. que
rebant quomodo eum perderent. Timebant enim
eum. quoniam uniuersa turba admirabatur
super doctrina eius.

Et cum uespere facta esset. egrediebatur de ciuita
te. Et cum mane transirent. uiderunt ficum
aridam a radicibus. Et recordatus petrus dixit ei.
Rabbi. ecce ficus cui maledixisti aruit.

Et respondens ihc. ait illis. Habete fidem di. Amen
dico uobis. quia quicumq; dixerit huic monti
tollere & mittere in mare. & non hesitauerit in
corde suo sed crediderit. quia quod cumq; dixe
rit fiat. fiet ei.

Propterea dico uobis. Omnia quecumq; oran
tes petitis. credite quia accipietis & euenient uobis.

Et cum stabitis ad orandum. dimittite si quid ha
betis aduersus aliquem. ut & pater uester qui in
celis est dimittat uobis peccata uestra. Quod si
uos non dimiseritis. nec pater uester qui in celis
est dimittet uobis peccata uestra.

ET CONTINUVRSVS
ierosolimam. Et cum ambularet in
templo accedunt ad eum summi sacer
dotes & scribe & seniores & dicunt illi. In qua
potestate hec facis & quis tibi dedit hanc potes
tatem ut ista facias. Ihc autem respondens
ait illis. Interrogabo uos & ego unum uerbum
& respondete mihi & dicam uobis in qua pote
state hec faciam. Baptismum iohannis de celo
erat an ex hominibus. respondete mihi. At illi
cogitabant secum dicentes. Si dixerimus de celo
dicet. Quare ergo non credidistis ei. Si dicemus
ex hominibus timemus populum. Omnes enim
habebant iohannem quia uere prophata esset.
Et respondentes dicunt ihu. Nescimus. Et re
spondens ihc ait illis. Neq; ego dico uobis in
qua potestate hec faciam.

Et cepit illis in parabolis loqui. Uineam pasti
nauit homo & circumdedit sepem & fodit
lacum & edificauit turrim & locauit eam
agricolis & peregre profectus est. Et misit ad agri
colas in tempore seruum ut ab agricolis acci pe
ret de fructu uinee. Qui adprehensum eum ceci
derunt & dimiserunt uacuum. Et iterum mi
sit ad illos alium seruum & illum capite uulne
rauerunt & contumelias affecerunt. Et rursum

alium misit. & illum occiderunt. Et plures
alios. quosdam cedentes. alios uero occidentes.
Adhuc ergo unum habens carissimum filium
& illum misit ad eos nouissimum dicens. Quia
reuerebuntur filium meum. Coloni autem dix
erunt ad inuicem. Hic est heres. uenite occidamus
eum. & nostra erit hereditas. Et adprehendentes
eum occiderunt. & eicerunt extra uineam. Quid
ergo faciet dominus uineę. ueniet & perdet colonos.
& dabit uineam aliis. Nec scripturam hanc legistis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes.
hic factus est in caput anguli. A dño factum est
istud. & est mirabile oculis nostris.

Et querebant eum tenere. & timuerunt turbam.
Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam
hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

Et mittunt ad eum quosdam ex pharisęis & hero
dianis. ut eum caperent uerbo. Qui uenientes
dicunt ei. Magister. scimus quia uerax es. & non
curas quemquam. nec enim uides in faciem homi
num. sed in ueritate uiam dei doces. Licet dare tri
butum cęsari an non dabimus. Qui sciens uersu
tiam eorum ait illis. Quid me temptatis. afferte
mihi denarium ut uideam. At illi attulerunt
ei. Et ait illis. Cuius est imago hęc & inscrip
tio. Dicunt illi. Cęsaris. Respondens autem

ihc · dixit illis · Reddite igitur que sunt cesari
cesari · & que sunt di dō · Et mirabantur sup eo ·
Et uenerunt ad eum saducei qui dicunt resur
rectionem non esse · & interrogabant eum dicen
tes · Magister · moyses nobis scripsit · ut si cuius
frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & fi
lios non reliquerit · accipiat frater eius uxorem
ipsius · & resuscitet semen fratri suo · Septem ergo
fratres erant · & primus accepit uxorem · & mortu
us est non relicto semine · Et secundus accepit
eam · & mortuus est nec iste reliquit semen · Et
tertius similiter · Et acceperunt eam similiter
septem · & non reliquerunt semen · Nouissima
omnium defuncta est & mulier · In resurrectione
ergo cum surrexerint · cuius de his erit uxor ·
Septem enim habuerunt eam uxorem · Et respon
dens ihc · ait illis · Nonne ideo erratis non scientes
scripturas neq; uirtutem di · Cum enim a mortuis
resurrexerint neq; nubent neq; nubentur · sed
sunt sicut angeli di in celis · De mortuis autem
quod resurgant non legistis in libro moysi · super
rubum quomodo dixerit illi ds inquiens · Ego
sum ds abraham · & ds ysaac · & ds iacob · Non est
ds mortuorum sed uiuorum · Uos ergo multū erratis ·
Et accessit unus de scribis qui audierat illos con
quirentes · & uidens quoniam bene illis respon

dent· interrogauit eum quod esset primum omniũ
mandatum· Ihc autem respondit ei· Quia primũ
omnium mandatum est· Audi israhel· dñs ds tuus
ds unus est· Et diliges dñm ds tuum ex toto
corde tuo· & ex tota anima tua· & ex tota mente
tua· & ex omni uirtute tua· Hoc est primum man
datum· Secundum autem simile est illi· Diliges
proximum tuum tamquam teipsum· Maius
horum aliud mandatum non est·

R
CCCXXXII
X
Solve

Et ait illi scribe· Bene magister in ueritate dixisti·
quia unus est ds· & non est alius preter eum· Et
ut diligatur ex toto corde & ex toto intellectu·
& ex tota anima· & ex tota fortitudine· & diligere
proximum tamquam se ipsum· Maius est omni
bus holocaustomatibus· & sacrificiis· Ihc autem
uidens quod sapienter respondisset dixit illi·
Non es longe a regno di·

R
CCCXXXIII
X II
CCCXXVI
L CCXL III

Et nemo iam audebat eum interrogare·

R
CCCXXXIII
X II
CCCXCV
L CCXL V

Et respondens ihc· dicebat docens in templo· Quo
modo dicunt scribe xpm esse filium dauid·
Ipse enim dauid dixit in spu sco· Dixit dñs dño
meo sede ad dxtris meis· donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum· Ipse ergo dauid
dicit eum dñm· & unde est filius eius· Et multa
turba eum libenter audiuit·

R
CCCXXXV
X II
CCCXXXIII
L CCXL VI
R CCCXXXIII

Et dicebat eis in doctrina sua· Cauete a scribis

qui uolunt inſtolis ambulare & ſalutari in fo
ro · & in primis kathedris ſedere in ſynagogis ·
& primos diſcubitus in cenis ·
Qui deuorant domos uiduarum ſub obtentu pro
lixe oronis · Hi accipient plixius iudicium ·
Et ſedens ihc contra galophilatium · aſpiciebat
quomodo turba iactaret aes in galophilaciũ ·
Et multi diuites iactabant multa · Cum ue
niſſet autem una uidua pauper · miſit duo mi
nuta quod eſt quadrans · Et conuocans diſcipu
los ſuos ait illis · Amen dico uobis · quoniam ui
dua hec pauper plus omnibus miſit qui miſerunt
in galophilacium · Omnes enim ex eo quod abun
dabat illis miſerunt · hec uero de penuria ſua
omnia que habuit miſit · totum uictum ſuum ·
Et cum egrederetur de templo · ait illi unus ex diſci
pulis ſuis · Magiſter aſpice quales lapides & qua
les ſtructure · Et reſpondens ihc · ait illi · Vides
has omnes magnas edificationes · non relinque
tur hic lapis ſup lapidem · qui non deſtruatur ·

ET CVM SEDERET IN MONTE XI ·
oliuarum contra templum · interrogabant
eum ſeorſum petrus & iacobus & iohan
nes & andreas · Dic nobis quando iſta fi
ent · & quod ſignum erit quando hec omnia in
cipient conſummari · Et reſpondens ihc · cepit

dicerit illis. Uideat ne quis uos seducat. Multi enim
uenient in nomine meo dicentes. quia ego sum.
& multos seducent. Cum audieritis autem bella
& opiniones bellorum. ne turbemini. Oportet
enim fieri. sed nondum finis. Exurget autem
gens super gentem. & regnum super regnum. & erunt
terremotus per loca. & fames. initium dolorum hec.

℟ ℣ ℟ ℣ Lect

Uidete autem uos metipsos. Tradent enim uos in con
cilia. & in synagogis uapulabitis. Et ante presi
des & reges stabitis propter me. in testimonium illis.

℟ ℣ ℟ ℣ Lect

Et in omnes gentes primum oportet predicari
euangelium.

℟ ℣ ℟ ℣ Lect
& cela

Et cum duxerint uos tradentes. nolite precogitare
quid loquamini. sed quod datum fuerit uobis in
illa hora id loquamini. Non enim estis uos loquen
tes. sed spūs scūs. Tradet autem frater fratrem in mor
tem. & pater filium. & consurgent filii in parentes.
& morte cos afficient. Et eritis odio omnibus. pro
pter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem.
hic saluus erit.

℟ ℣ ℟ ℣ Lect

Cum autem uideritis abominationem desolatio
nis stantem ubi non debet. qui legit intelligat.
Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes. & qui
super tectum non descendat in domum. nec introeat
ut tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit.
non reuertatur retro tollere uestimentum suum.

Uae autem pregnantibus & nutrientib; illis diebus
Orate uero ut hieme non fiant.
Erunt enim dies illi tribulationis tales quales
non fuerunt ab initio creaturę quam condidit
ds usq; nunc. neq; fient. ℣ dies.
Et nisi breuiasset dñs dies. non fuisset salua om
nis caro. Sed ppter electos quos elegit breuiauit
Et tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est xp̃s.
ecce illic. nc credideritis.
Exurgent enim pseudo xp̃i & pseudo ꝓphę. &
dabunt signa & portenta ad seducendos si potest
fieri etiam electos. Vos ergo uidete. ecce prędixi
uobis omnia.
Sed illis diebus post tribulationem illam sol
contenebrabitur. & luna non dabit splendorem
suum. & stellę cęli erunt decidentes. & uirtutes
quę sunt in cęlis mouebuntur.
Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in
nubibus. cum uirtute multa & gloria. Et tunc
mittet angelos suos & congregabit electos suos
a quatuor uentis. a summo terrę usq; ad summũ
cęli. ℣ A ficu autem discite parabolam. Cum iam
ramus eius tener fuerit & nata fuerint folia. cog
noscitis quia in pximo sit ęstas. Sic & uos cum
uideritis hęc fieri. scitote quod in pximo sit in
ostis. ℣ Amen dico uobis. quoniam non transibit

generatio hec · donec omnia ista fiant · Celum &
terra transibunt · uerba autem mea non transibunt.

℟ Ø de illa uel hora nemo scit · neq; angeli in
℣ celo · neq; filius · nisi pater:
Ø cel

℟ Uidete · uigilate & orate · nescitis enim quando
℣ Ø tempus sit ·
Ø celes

℟ Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum
℣ Ø suam · & dedit potestatem seruis suis cuiusq; ope
Ø celestium ris · & ianitori precepit ut uigilet ·
L ceteri

℟ Uigilate ergo · nescitis enim quando dns domus
℣ Ø uenit · sero an media nocte · an gallicantu · an
Ø celestium mane · ne cum uenerit repente inueniat uos dor
L celi mientes · Quod autem uobis dico omnibus dico ·

℟ uigilate ·
℣ Ø
Ø celestium
L cele
I ste celi

XIII.

℟ ERAT AUTEM PASCHA
℣ Ø & azima post biduum ·
Ø celestium Et querebant summi sacerdotes & scribe
L celestes quomodo eum dolo tenerent & occiderent · Di
I ste celi cebant enim · Non in die festo · Ne forte tumul
tus fieret populi ·

℟ Et cum esset bethanie in domo symonis leprosi
℣ Ø & recumberet · uenit mulier habens alabastrum
Ø celestium unguenti nardi spicati pretiosi · & fracto alabastro
L ste celi effudit super caput eius · Erant autem quidam in
I ste celi dignes ferentes intra semetipsos & dicentes · Ut quid
perditio ista unguenti facta est · Potuit enim un

gentium istud uenundari plusquam trecentis denariis & dari pauperibus. Et fremebant mecum. Hic autem dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis? bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum & cum uolueritis potestis illis bene facere. me autem non semper habetis. Quod habuit hec fecit. preuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis. ubicunque predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo. & quod hec fecit narrabitur in memoriam eius.

Et iudas scarioth unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes. ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt. & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illum oportune tradere. Et primo die azimorum quando pascha immolabant. dicunt ei discipuli. Quo uis eamus & paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis. & dicit eis. Ite in ciuitatem. & occurret uobis homo lagenam aque baiolans. sequimini eum. Et quocumque introierit. dicite domino domus. quia magister dicit. Vbi est refectio mea. ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse uobis demonstrabit cenaculum grande stratum. & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius. & uenerunt in ciuitatem

& inuenerunt sicut dixerat illis· & parauer̃ pascha·

℟ ꝯ clxi
℣ ꝯ cclxxxviii
Ī lxxxi &
lxxxii

Uespere autem facto uenit cum duodecim· & discumbentibus eis & manducantibus ait ihc·
Amen dico uobis· quia unus ex uobis me tradet qui manducat mecum·

℟ ꝯ clxii
℣ ꝯ cclxxxix
Ll cclxxxviii
Ī lxxxii

Et illi ceperunt contristari· & dicere ei singillatim· Numquid ego·

℟ ꝯ clxiii
℣ ꝯ cclxxxx
Ll cclxxxix

Qui ait illis· Unus ex duodecim· qui intingit mecum in catino· Et filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de eo· Uae autem homini illi p quem filius hominis tradetur·

℟ ꝯ clxiiii
℣ vi
ꝯ cclxxxxi

Bonum erat ei· si non esset natus homo ille·

℟ ꝯ clxv
℣ i
ꝯ cclxxx
Ll cclxxxix
Ī lxxxix

Et manducantibus illis accepit ihc panem· & benedicens fregit· & dedit eis & ait· Sumite· hoc est corpus meum·

℟ ꝯ clxvi
℣ ii
ꝯ cclxxxv
Ll cclxxxvii
& cclxxxvii

Et accepto calice gratias agens dedit eis· Et biberunt ex illo omnes· Et ait illis· Hic est sanguis meus noui testamenti· qui p multis effundetur· Amen dico uobis· quod iam non bibam de genimine uitis usq: in diem illum cum illud bibã nouum in regno di·

℟ ꝯ clxvii
℣ vi
ꝯ cclxxxvi

Et ymno dicto exierunt in montem oliuarum·

Et ait eis ihc·

℟ ꝯ clxviii
℣ iiii
ꝯ cclxxxvii
Ī cl ii

Omnes scandalizabimini in nocte ista· quia scriptum est· Percutiam pastorem· & dispgent̃ oues·

℟ ꝯ clxviiii
℣ vi
ꝯ cclxxxviii

Sed postq̃ resurrexero· precedam uos in galilea·

Ileam·

Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint. sed non ego. Et ait illi ihc. Amen dico tibi. quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus vocem dederit. ter me es negaturus.

At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi. non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Et veniunt in prædium cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete hic. donec orem. Et assumit petrum & iacobum & iohannem secum. & cepit pauere & tedere.

Et ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic & vigilate.

Et cum processisset paululum. procidit super terram & orabat. ut si fieri posset transiret ab eo hora. & dixit. Abba pater. omnia tibi possibilia sunt. transfer calicem hunc a me.

Sed non quod ego volo. sed quod tu. Et venit & invenit eos dormientes. & ait petro. Symon dormis. non potuisti una hora vigilare. Vigilate & orate. ut non intretis in temptationem.

Spūs quidem prompta est. caro autem infirma.

Et iterum abiens oravit eundem sermonem dicens. Et reversus denuo invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. & ignorabant quid responderent ei.

Et uenit tercio · & ait illis · Dormite iam · & re
quiescite · Sufficit · uenit hora · ecce tradetur
filius hominis in manus peccatorum · Surgite
eamus · ecce qui me tradet prope est ·

Et adhuc loquente eo uenit iudas scarioth unus
ex duodecim · & cum illo turba multa cum gla
diis & lignis a summis sacerdotibus & a scribis
& a senioribus ·

Dederat autem traditor eius signum eis dicens ·
Quemcumq; osculatus fuero ipse est tenete eum ·
& ducite caute · Et cum uenisset · statim acce
dens ad eum ait · Rabbi · Et osculatus est eum ·
At illi manus iniecerunt in eum · & tenuerunt eu ·

Unus autem quidam de circumstantibus educens
gladium percussit seruum summi sacerdotis · &
amputauit illi auriculam ·

Et respondens ihc ait illis · Tanquam ad latronem
existis cum gladiis & lignis · comprehendere me ·
Cotidie eram apud uos in templo docens · & non
me tenuistis · Sed ut impleantur scripture ·

Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fuge
runt · Adolescens autem quidam sequebatur eum amic
tus sindone super nudo · & tenuerunt eum · At
ille relicta sindone nudus profugit ab eis ·

Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem · &
conuenerunt omnes sacerdotes & scribe & seniores

Petrus autem a longe secutus est eum usq; in atriũ summi sacerdotis. & sedebat cum ministris. & calefaciebat se ad ignem.

Summi uero sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus iesum testimonium ut eum morti traderent. nec inueniebant. Multi enim falsũ testimonium dicebant aduersus eum. & conuenientia testimonia non erant.

Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactum. & per triduum aliud non manufactum reædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum.

XIII.

TEXTUS EVANGELII SECUNDUM MARCUM

sacerdos in medium. interrogauit iesum dicens. Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his. Ille autem tacebat. & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum & dixit ei. Tues xpc filius benedicti.

Iesus autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis filiũ hominis sedentem a dextris uirtutis. & uenientem cum nubibus cæli.

Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes. audistis blasphemiã. quid uobis uidetur. Qui omnes condemnauerunt

cum esse rum mortis·

Et ceperunt quidam conspuere cum & uelare faciē
eius· & colaphis eum cedere· & dicere ei· Prophetiza·
Et ministri alapis eum cedebant·

Et cum esset petrus in atrio deorsum· uenit una ex
ancillis summi sacerdotis· & cum uidisset petrum
calefacientem se· aspiciens illum ait· Et tu cum
ihū nazareno eras· ¶ At ille negauit dicens· Neq; scio
neq; noui quid dicis·

Et exiit foras ante atrium· & gallus cantauit· Rur
sus autem cum uidisset illum ancilla· cepit dice
re circumstantibus· Quia hic ex illis est· ¶ At ille ite
rum negauit· Et post pusillum· rursus qui asta
bant dicebant petro· Vere ex illis es· nam & galileus
es· Ille autem cepit anathematizare & iurare· quia
nescio hominem istum quem dicitis· Et statim
iterum gallus cantauit·

Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihē·
priusquam gallus cantet bis· ter me negabis· Et
cepit flere·

Et confestim mane consilium facientes summi sacer
dotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio·
Vinctum ihūm duxerunt & tradiderunt pilato·

Et interrogauit eum pilatus· Tues rex iudeorum·
¶ At ille respondens ait illi· Tu dicis·

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis·

Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens·
Non respondes quicquam· Vide in quantis te
accusant· Ihc autem amplius nihil respondit·
ita ut miraretur pilatus·

Per diem autem festum dimittere solebat illis unū
ex uinctis quemcumq; petissent·

Erat autem qui dicebatur barrabbas qui cum seditiosis erat uinctus· qui in seditione fecerat homicidium· Et cum ascendisset turba· cepit rogare sicut semper faciebat illis· Pilatus autem respondit eis & dixit· Vultis dimittam uobis regem iudeorum· Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes·

Pontifices autem concitauerunt turbam ut magis barabban dimitteret eis·

Pilatus autem rursum respondens ait illis· Quid ergo uultis faciam regi iudeorum· At illi clamauerunt rursum· Crucifige eum· Pilatus autem dicit eis· Quid enim malefecit· At illi magis clamabant· Crucifige eum·

Pilatus autem uolens populo satisfacere dimisit illis barrabban· & tradidit ihm flagellis cesum ut crucifigatur·

Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorii· & conuocant totam cohortem· & induunt eum purpura· & imponunt ei plectentes spinam coro

nam·& ꝯperunt ſalutare eum·ꝙ Aue rex iudeoꝝ·
Et percutiebant caput eius harundine·& con
ſpuebant eum·& ponentes genua adorabant eꝝ·

Et poſtquam illuſerunt ei exuerunt illum pur
pura·& induerunt illum ueſtimentis ſuis·& edu
cunt illum ut crucifigerent eum·

Et angariauerunt pretereuntem quempiam ſy
monem cyrenеum uenientem de uilla patrem
alexandri & rufi·ut tolleret crucem eius·

Et perducunt illum in golgotha locum·quod eſt
interpretatum caluarie locus·

Et dabant ei bibere uinum murratum·& ñ accepit·

Et crucifigentes eum diuiſerunt ueſtimenta eius·
mittentes ſortem ſuper eis quid quis tolleret·

Erat autem hora tertia·& crucifixerunt eum·

Et erat titulus cauſe eius inſcriptus·rex iudeorum·

Et cum eo crucifigunt duos latrones unum a dex
tris·& alium a ſiniſtris eius·

Et adimpleta eſt ſcriptura que dicit·Et cum in
quis reputatus eſt·

Et pretereuntes blaſphemabant eum mouentes
capita ſua & dicentes·Vuah·qui deſtruit tem
plum·& in tribus diebus ędificat·Saluum fac te
metipſum·deſcendens de cruce·

Similiter & ſummi ſacerdotes ludentes ad alteru
trum cum ſcribis dicebant·Alios ſaluos fecit·ſe

ipsum non potuit saluum facere· Si xpc rex israhel
est descendat nunc de cruce· ut uideamus & credam⁹·
Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei·
Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terrā
usq; in horam nonam·
Et hora nona exclamauit ihc uoce magna dicens·
Heloy·heloy·lema sabactani· Quod est interpre
tatum· Dē meus· dē meus· ut quid derelequisti
me· Et quidam de circumstantibus audientes
dicebant· Ecce helyam uocat·
Curens autem unus & implens spongiam aceto
circumponensq; calamo potum dabat ei dicens·
Sinite uideamus si ueniat helias ad deponen
dum eum· Ihc autem emissa uoce magna exspirauit·
Et uelum templi scissum est in duo· a sursum usq;
deorsum· Videns autem centurio qui ex aduer
so stabat quia sic clamans expirasset ait· Vere ho
mo hic filius dei erat·
Erant autem & mulieres de longe aspicientes· in
ter quas erat maria magdalena & maria iacobi
minoris· & ioseph mater· & salome· Et cum esset
in galilea sequebantur eum & ministrabant ei·
& alie multe que simul cum eo ascenderant
ierosolimam·
Et cum iam sero esset factum· quia erat parasceue
quod est ante sabbatum· uenit ioseph ab arimathia

nobilis decurio · qui & ipse erat expectans regnũ
di · & audacter introiit ad pilatum · & petiit cor
pus ihv · Pilatus autem mirabatur · si iam obisset ·
Et accersito centurione interrogauit eum si iam
mortuus esset · Et cum cognouisset a centurione ·
donauit corpus ioseph ·

A ꝯ cc xxvii
T ꝯ cc lxxviii
L cc xxxviii
I cc viii

Joseph autem mercatus sindonem · & deponens eũ
inuolui sindone · & posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra · & aduolui lapidem
ad ostium monumenti ·

A ꝯ cc xxviii
T xi
ꝯ cc l

Maria autem magdalene & maria ioseph aspice
bant ubi poneretur ·

A ꝯ cc xxx
T viii
L cc xxxv

Et cum transisset sabbatum Maria magdalena
& maria iacobi & salome emerunt aromata · ut
uenientes ungerent eum ·

A ꝯ cc xxxi
T i
ꝯ cc lii
L cc xxxvi
I cc viii

Et ualde mane una sabbatorum uenium ad monu
mentum · orto iam sole · Et dicebant ad inuicem ·
Quis reuoluet nobis lapidem a hostio monumen
ti · Et respicientes · uiderunt reuolutum lapidẽ ·
Erat quippe magnus ualde · Et introeuntes
in monumentum · uiderunt iuuenem sedentem
in dextris coopertum stola candida · & obstupue ·

A ꝯ cc xxxii
T ii
ꝯ cc liii
L cc xxxvii

Qui dicit illis · Nolite expauescere · Iam queritis
nazarenum · crucifixum · surrexit · non est hic ·
Ecce locus · ubi posuerunt eum · Sed ite dicite
discipulis eius & petro · quia precedet uos in gali

tam· Ibi cum uidebitis sicut dixit uobis·

Et illę exeuntes fugerunt de monumento· inuasę
rat enim eas tremor & pauor· & nemini quicquã
dixerunt· Timebant enim· Surgens autem mane
prima sabbati apparuit primo mane magdalenę
de qua ciecerat septem demonia·
Illa uadens nunciauit his qui cum eo fuerant· lu
gentibus & flentibus· Et illi audientes quia uiue
ret & uisus esset ab ea· non crediderunt· Post hęc
autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est
in alia effigie eorum ibus· nulli am· Et illi euntes
nunciauerunt ceteris· nec illis crediderunt·

Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit
& exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ & duritiã cordis·
quia his qui uiderant eum resurrexisse nõ credide-
rãt· & dixit eis· Euntes in mundũ uniuersum· prędicate
euangelium omni creaturę· Qui crediderit & bap
tizatus fuerit saluus erit· Qui uero nõ crediderit· con
demnabitur· Signa autem eos qui crediderint· hęc
sequentur· In nomine meo demonia eicient· linguis
loquentur nouis· serpentes tollent· Et si mortiferũ
quid biberint· nõ eos nocebit· Super egros manus im
ponent· & bene habebunt· Et dñs quidem ihc post
quam locutus ẽ eis· ascendit in cęlũ· & sedet ad dextris
dei· Illi autem pfecti prędicauerunt ubiq: dño cooperante·
& sermonem confirmante sequentibus signis·

INCIPIT PREFATIO SCĪ LUCAE.

LUCAS SYRUS
ANTIOCHENSIS ARTI MEDICUS
discipulus apostolorum postea pau
lum secutus usq: adconfessionem eius seruens
dño sine crimine. Nam neq: uxorem unquam
habens neq: filios septuaginta & quatuor annoꝝ
obiit in bithinia plenus spū scō. Qui cum scrip
ta essent euangelia pmatheum quidem in iudea
per martum autem in italia scō inspiante spu
machayae partibus hoc scripsit euangelium
significans eum ipse in principio amne alia ēt
descripta. Cui extincta quę ordo euangelicę dis
positionis exposcit ea maxime necessitas laboris
fuit. ut primum grecis fidelibus omni p. phetia
one uenturi incarnem di xpi manifestata esset
humanitas. ne inducens fabulis animi in solo legis
desiderio timerentur: neue hebetes fabulis & stul
tis sollicitationibus seduci excederent auerterentur
elaborarit. Ochinc ut in principio euangelii iohan
nis natiuitatis presumpta cui euangelium scribe
ret. & in quo electus scriberet indicaret. completas
se esse completa. quę essent abalis inchoata.
Cui deo post baptismum filii di apfectione ge
nerationis in xpō implere repetendę a principio

natiuitatis humane potestas premissa est· vt re
quirtmb; demonstrare· inquo apprehendens
erat pnathan filium introitum recurrentis in
dñm generationis admisso indispnabilis di· ut pre
dicans inhominib; xp̃m suum pfecti opus ho
minis redire inse pfilium faceret· qui pdaud
patrem uenientib; mir̃ pbebat in xp̃o· Cui lucę
non immerito etiam scribendorum apostolico ꝝ
actuum potestas in mysterio datur· ut do in
dñm plano & filio pditionis extincto· oratione ab
aplis facta sorte dñi electionis numerus comple
retur· sicq; paulus consummationem aplicis ac
tibus dare· quem diu contra stimulum recalci
trantem dñs elegisset· Quod legentib; ac requiren
tibus dim & si pfingula expedire nobis imle fu
erit· scientes tamen quod operantem agricolam
oportet de fructib; suis edere uitamus publicam
curiositatẽ· ne nontam uolentib; dim uideremꝰ
quam fastidientibus prodesse·

INCIPIUNT CAPITULA·

ZACHARIAS VISO ANGELO QUIA NON CREDIDIT ·I·
obmutuit· Elisabeth uxor eius concepit· Maria
quoq; de spũ sco cũ concepisset salutauit elisabeth· elisabeth
salutata ꝑphetauit & peperit· Et ut nom̃ filii sui nobis Za
charias scripsit locutus ẽ & ꝑphetauit· Maria peperit· infantẽ ·II·
inꝑsepio posuit· Angls pastorib; nunciat· illi adorant· octaua

die cartumeidrtur·

·II· Symeon iustus xp̃m benedicit· Anna uidua multa de xp̃o ꝓphetat·
Hic annox duodecim in templo cum doctorib; inuenitur·

·III· Anno quintodecimo tyberii cęsaris pilato existente iohannes babtista
ꝓnitentiã p̃dicat· & xp̃m uenturũ designat· Hic babtizatur· spũs
sc̃s inspecie columbę uidet̃· Patris etiam uox audituꝛ·

·IIII· Ihc ductus in desertũ xl· dieb; iuunatur· & a diabolo temptatur·
Reuersus in galileã docet sabbatis· Apud capharnaũ hominẽ a demo
nio liberat· Socrũ symonis & multos male habentes curat· & demonia
s confitentia increpat· Petrũ Iacobũ & Iohem elegit· Ipsum mundat·

·V· Paralyticũ dimissũ p tectũ curat· Leui publicanũ uocat· apud quem
murmurantib; pharisęi cenat· De ieunio disputat· Hominẽ manũ
aridam habentẽ curat· in oratione pnoctat· Apostolos elegit· Iur
bas alloquitur· Beatitudinẽ quorundã & alioꝝ infelicitatẽ narrat· &c

·VI· Centurionis puerũ curat· Viduę filiũ suscitat· Iohis discipulos mittit
ad ihm· Hic de iohanne loquitur· Mulier peccatrix pedes ihu lauat·
Similitudinẽ seminantis die· lucernã sup̃ candelabrũ ponendam·
In naui tempestatẽ sedat· hominẽ a legione dęmonũ liberat·

·VII· Iairi filiã dum irit resuscitare mulierẽ a pfluuio liberat· puellã mortuã
·VIII· Mittit discipulos p̃dicare· Herodes mirat̃· In deserto v· milia pascit· Inter
rogat quę de se homines dicant & a petro xp̃e declarat̃· Reiectis omnib; se
qui admonet· Quosdã designat mortẽ non gustuꝛos donec uideant regnũ di
·VIIII· Immutat transfiguratur· & uox de cęlo auditur· Puerũ lunaticum
liberat· & se tradendũ pnunciat· Samaritanis non recipitur· &c
·X· Septuaginta duos ad p̃dicandũ mittit· Omnia sibi tradita a patre dicit·
Magis pertio temptatus parabolã uulneratꝝ ꝓponit· Marię partẽ con
Laudat·

XI. Oratione docet cū parabola importune petentis panē · demonium eiciens a phariseis calumniatis signū ionę & regine austri & ninuitarū dic̄ · Apud pharisęū inuitatus lauandū q̄d int̄ ē̄ p̄mineat · pharisęis monet cē cauendū · nec timendos cē qui corpus occidunt · & nagantē se negaturū · & peccatū in sp̄m sc̄o nō remittendū · Si militudinē c̄a cui multa nata s̄ · & de crastino nō cogitandū · & de fideli dispensatore · Ignē se dic̄ mittere sup terrā · & nō cunctandū cū

XII. Sub exemplo galileox occisox monet agere penitentiā · Ad aduersarios subiungit parabolā infructuose ficulnex · De muliere curua sanata · & de grano sinapis · & de fermento similitudo · Herodē uulpē uocat · & ppheta extra ierlm nō perire indicat · & ierlm increpat ·

XIII. Sabbato ydropicū curat · & monet inuitatorē p̄ pauperib; · & parabolam subiungit turrim edificare uolentis · & regis ·

XIIII. Sal fatuū esse nō debere · similitudinē ponit pastoris ouē querentis · & de dragma mulieris · & de p̄digo filio · & uxorē nō dimittendā ·

XV. Parabola de diuite & laz̄aro · & peccatū fr̄i remittendū cē · Decem lepsi curant̄ · Regnū dī subito uenturū dic̄ · Similitudinē uidux & iudicis iniq̄ · & duox · in templo orantiū · & cameli & acus · & omia re

XVI. Osculatis sibi uentura indicat · cecū curat · Zacheū c̄laudat · & mittenda · Similitudinē narrat illi q̄ decē mnas seruis suis distribuit · Sup pullū asine sedit · & sup ierlm fleuit · De templo uendentes & ementes eicit · Apharisęis interrogatus de baptismo iobis interrogat · Parabolā subiungit de uinea & de agricolis · & de seruis & filio occisis · & de lapide

XVII. Tempt̄atus de tributo respondit · & de muliere que xii · uiros habuit · Uiduā conlaudat · De futura psecutione & fine scī disputat ·

XVIII. De die ultimorū ad p̄pinquante · & de iuda tempus tradendi ponente ·

petuma sibi promissa. Discumbentib; discipls dñs sacramentū panis
& calicis ostendit. Ac traditorē designat. Certantib; de gradu eum
preferr qui ministrat. & petrū negaturum predicit. Inmonte
oliueti orat. & discipulos dormientes excitat.

XVIIII. Iudas tradidit dñm. Passio ihv & sepultura & resurrectio.
De mulierib; & de angelica uisione. & discipls dñm infractio
ne panis cognoscentib; De pisce & fauo melli. Discipulos
ammonet ut in templo expectent promissionē patris. Ascensio
ihv ad celos.



Scdm Lucam

VO

QVI

DM MVL

TIPLICATI

SUNT ORDINARE NR

RATIONE QVE IN NOO CO

PLETO SVNT RERVM SICVT TRA

DIDERVNT NOBIS

Lt

X.

Solvs

qui abinicio ipſi uiderunt & miniſtri fuerunt
ſermonis· uiſum eſt & mihi aſſecuto aprincipio
omnia diligenter exordine tibiſcribere optime
theophile· ut cognoſcas eorum uerborum de
quibus eruditus es ueritatem·

IN DIEBVS

herodis regis iudee ſacerdos quidam
nomine zacharias de uice abia· & ux
or illius de filiabus aaron· & nomen eius
elisabeth· Erant autem iuſti ambo ante
dm· incedentes in omnibus mandatis & iuſ
tificationibus dni ſine querela· Et non erat
illis filius· eo quod eſſet elisabeth ſterilis· & am
bo proceſſiſſent in diebus ſuis· Factum eſt autem
cum ſacerdotio fungeretur zacharias in ordine
uicis ſue ante dm· ſecundum conſuetudinem ſacer
dotii ſortes exiit ut incenſum poneret· ingreſſus
in templum dni· & omnis multitudo erat populi
orans foris hora incenſi· Apparuit autem illi angt
lus dni· ſtans adextris altaris incenſi· Et zacharias
turbatus eſt uidens· & timor irruit ſuper eum·
At autem ad illum angelus· Ne timeas zacharia·
quoniam exaudita eſt deprecatio tua· & uxor
tua elisabeth pariet tibi filium· & uocabis nomen
eius iohannem· Et erit gaudium tibi & exultatio.

& multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit
enim magnus coram dño. & uinum & siceram
non bibet. & spu sco replebitur adhuc ex utero
matris sue. & multos filiorum israhel conuertet
ad dñm dm ipsorum. Et ipse precedet ante illu
in spu & uirtute helie. ut conuertat corda patru
in filios. & incredulos ad prudentiam iustorum.
parare dño plebem perfectam. Et dixit zacharias
ad angelum. Vnde hoc sciam. ego enim sum
senex. & uxor mea processit in diebus suis. Et re
spondens angelus. dixit ei. Ego sum gabriel
qui asto ante dm. & missus sum loqui ad te. & hec
tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non pote
ris loqui usq; in diem quo hec fiant. pro quod
non credidisti uerbis meis. que implebuntur in
tempore suo. Et erat plebs expectans zacharia.
& mirabantur quod tardaret ipse in templo.
Egressus autem non poterat loqui ad illos. & cog
nouerunt quod uisionem uidisset in templo.
Et ipse erat innuens eis. & permansit mutus. Et
factum est ut impleti sunt dies officii eius. abiit
in domum suam. Post hos autem dies concepit eli
sabeth uxor eius. & occultabat se mensibus quinq;
dicens. Quia sic mihi fecit dns in diebus quibus
respexit auferre obprobrium meum inter homines.
In mense autem sexto MISSUS EST ANGELUS

gabriel ad̃o in ciuitatem galilee cui nomen
nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui no
men erat ioseph de domo dauid · & nomen uirgi
nis maria · Et ingressus angelus ad eam dixit ·
Aue gratia plena · dñs tecum · benedicta tu in mu
lieribus · Que cum audisset turbata est in sermo
ne eius · & cogitabat qualis esset ista salutatio ·
Et ait angelus ei · Ne timeas maria · inuenisti
enim gratiam apud dm · Ecce concipies in ute
ro & paries filium · & uocabis nomen eius ihm̃ ·
hic erit magnus · & filius altissimi uocabitur ·
Et dabit illi dñs ds sedem dauid patris eius · &
regnabit in domo iacob eternum · & regni eius
non erit finis · Dixit autem maria ad angelum ·
Quomodo fiet istud quoniam uirum ñ cognosco ·
Et respondens angelus · dixit ei · Sp̃s sc̃s superueniet
in te · & uirtus altissimi obumbrabit tibi · ideoq; &
quod nascetur ex te sc̃m · uocabitur filius dei ·
Et ecce elisabeth cognata tua · & ipsa concepit filiu̇
in senectute sua · Et hic mensis est sextus illi que uo
catur sterilis · quia non erit impossibile apud dm
omne uerbum · Dixit autem maria · Ecce ancilla
dñi · fiat mihi secundum uerbum tuum · Et dis
cessit ab illa angelus · ET VIRGO CONSURGENS MARIA
in diebus illis abiit in montana cum festinatione in
ciuitatem iuda · & intrauit in domum zacharie ·

L ii
T v
a iii

L iii
x
s. 1 6

& salutauit elisabeth· Et factum est ut audiuit
salutationem marie elisabeth· exultauit infans
in utero eius· Et repleta est spū scō elisabeth· &
exclamauit uoce magna & dixit· Benedicta
tu inter mulieres· & benedictus fructus uentris
tui· Et unde hoc mihi ut ueniat mater dñi
mei ad me· Ecce enim ut facta est uox salutationis
tue in auribus meis· exultauit in gaudio
infans in utero meo· Et beata que credidit· quō
perficientur ea que dicta sunt ei a dñō· Et ait
maria· Magnificat anima mea dñm· Et exultauit
spūs meus in deo salutari meo· Quia respexit
humilitatem ancille sue· ecce enim ex hoc beatā
me dicent omnes generationes· Quia fecit mihi
magna qui potens est· & scē nomen eius· Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus
eum· Fecit potentiam in brachio suo· dispersit superbos mente cordis sui· Deposuit potentes de sede·
& exaltauit humiles· Esurientes impleuit bonis·
& diuites dimisit inanes· Suscepit israhel puerū
suum recordatus misericordie sue· Sicut locutus
est ad patres nros abraham & semini eius in secula·
Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus·
& reuersa est in domum suam· Elisabeth autē
impletum est tempus pariendi· & peperit filium·
Et audierunt uicini & cognati eius quia mag

nificauit dñs misericordiam suam cum illa· &
congratulabantur ei· Et factum est indie octa
uo· uenerunt circumcidere puerum· & uocabant
eum nomine patris sui Zachariam· Et respon
dens mater eius dixit· Nequaquam· sed uocabi
tur iohannes· Et dixerunt ad illam· Quia nc
mo est in cognatione tua· qui uocetur hoc no
mine· Innuebant autem patri eius· quem uol
let uocari eum· Et postulans pugillarem· scrip
sit dicens· Iohannes est nomen eius· Et mirati
sunt uniuersi· ℔ Apertum est autem illico os eius
& lingua eius· & loquebatur benedicens dñm·
Et factus est timor super omnes uicinos eorum· &
super omnia montana iudee diuulgabantur om
nia uerba hec· Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes· Quid putas puer iste erit·
Etenim manus dñi erat cum eo· Et Zacharias
pater eius impletus est spu sco· & prophetauit dicens·
Benedictus dñs deus israhel· quia uisitauit & fecit
redemptionem plebi sue· Et erexit cornu salutis
nobis· in domo dauid pueri sui· Sicut locutus est
per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius· Sa lu
tem ex inimicis nris· & de manu omnium qui odc
runt nos· Ad faciendam misericordiam cum pa
tribus nris· & memorari testamenti sui sci· Iusiuran
dum quod iurauit ad abraham patrem nrm dare

rum se nobis· ut sine timore de manu inimicorũ
nostrorum liberati seruiamus illi· In sanctitate &
iustitia coram ipso omnibus diebus nris· Et tu
puer· pphēta altissimi uocaberis· prubis enim
ante faciem dñi parare uias eius· Ad dandam sci
entiam salutis plebi eius in remissionem peccā
torum eorum· Per uiscera misericordię di nri in
quibus uisitauit nos oriens ex alto· Illuminare
his qui in tenebris & in umbra mortis sedent· ad
dirigendos pedes nros in uiam pacis· Puer autē
crescebat & confortabatur spū· & erat in deserto
usq; in diem ostensionis suę ad israhel·

Factum est autem in diebus illis· Exiit edictum
a cesare augusto· ut describeretur uniuersus orbis·
hec descriptio prima· facta est a prside syrię cyri
no· Et ibant omnes ut profiterentur· singuli in
suam ciuitatem· Ascendit autem & ioseph a gali
lea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid
que uocatur bethleem eo quod esset de domo &
familia dauid· ut profiteretur cum maria despon
sata sibi uxore pregnante· Factum est autem cum
essent ibi· impleti sunt dies ut pareret· & peperit
filium suum primogenitum· & pannis eum inuol
uit & reclinauit eum in presepio· quia n̄ erat eis loc⁹
in diuersorio· Et pastores erant in regione eadem
uigilantes· & custodientes uigilias noctis supra

gregem suum· Et ecce angelus dñi stetit iuxta
illos· & claritas di circumfulsit illos· & timue
runt timore magno· Et dixit illis angelus·
Nolite timere· Ecce enim euangelizo uobis gau
dium magnum quod erit omni populo· quia
natus est uobis hodie saluator qui est xpc dns·
in ciuitate dauid· Et hoc uobis signum· Inue
nietis infantem pannis inuolutum· & positum
in presepio· Et subito facta est cum angelo mul
titudo milicie celestis· laudantium dm & dicen
tium· Gloria in altissimis dō· & in terra pax ho
minibus bone uoluntatis· Et factum est ut dis
cesserunt ab eis angeli in celum· Pastores loque
bantur ad inuicem· Transeamus usq; bethleem·
& uideamus hoc uerbum quod factum est· quod
dñs fecit & ostendit nobis· Et uenerunt festinan
tes· & inuenerunt mariam & ioseph· & infantem
positum in presepio· Videntes autem cognouerũ
de uerbo· quod dictum erat illis de puero hoc·
Et omnes qui audierunt mirati sunt· de his que
dicta erant a pastoribus ad ipsos· Maria autem
conseruabat omnia uerba hec· conferens in corde
suo· Et reuersi sunt pastores glorificantes & lau
dantes dm· in omnibus que audierant & uiderant
sicut dictum est ad illos· Et Postquam con
summati sunt dies octo ut circumcidertur puer·

uocatum est nomen eius ihc·quod uocatum
est ab angelo· priusquam in utero conciperetur:
Et postquam impleti sunt dies purgationis eius
secundum legem moysi· tulerunt illum· in
ierusalem ut sisterent eum dño sicut scriptum
est in lege dñi·quia omne masculinum adapc
riens uuluam·sčm dño uocabitur·& ut darent
hostiam secundum quod dictum est in lege dñi·
par turturum·aut duos pullos columbarum·

ET ECCE HOMO·II·

aut in ierusalem cui nomen symeon·
Et homo iste iustus & timoratus ex
pectans consolationem israhel·& spš
scš erat in eo·Et responsum acceperat aspu scō·
non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm
dñi·Et uenit in spu in templum·Et cum indu
cerent puerum ihm parentes eius ut facerent
secundum consuetudinem legis pro eo·& ipse acce
pit eum in ulnas suas·& benedixit dñm & dixit·
Nunc dimittis seruum tuum dñe secundum ver
bum tuum in pace·quia uiderunt oculi mei salu
tare tuum·quod parasti ante faciem omnium
populorum·Lumen ad reuelationem gentium·
& gloriam plebis tue israhel·Et erat pater eius
& mater mirantes super his que dicebantur de illo·
Et benedixit illis symeon·& dixit ad mariam

matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam &
resurrectionem multorum in israhel. & in signum
cui contradicetur. Et tuam ipsius animam per-
transibit gladius. ut reuelentur ex multis cor
dibus cogitationes. Et erat anna prophetissa filia
phanuel de tribu aser. Hec processerat in diebus
multis. & uixerat cum uiro suo annis septem a uir
gnitate sua. Et hec uidua usq; ad annos octo
ginta quatuor. que non discedebat de templo
ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die.
Et hec ipsa hora supueniens confitebatur dno.
& loquebatur de illo omnibus qui expectabant
redemptionem ierusalem. Et ut perfecerunt om
nia secundum legem dñi. reuersi sunt in galileam
in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat
& confortabatur. plenus sapientia. Et gratia di
uina erat in illo. Ibant parentes eius per omnes
annos in ierusalem in die sollempni pasche.
Et cum factus esset annorum duodecim. ascenden
tibus illis in ierosolimam secundum consuetudi
nem diei festi. consummatisq; diebus cum redirent
remansit puer ihc in ierusalem. & non cognouc
runt parentes eius. Existimantes autem illum
esse in comitatu. uenerunt iter diei. & requirebant
eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes
regressi sunt in ierusalem requirentes eum. Et fac

tum est post triduum· inuenerunt illum inter
plo sedentem in medio doctorum· audientem
illos & interrogantem eos·
Stupebant autem omnes qui eum audiebant·
sup prudentia & responsis eius· Et uidentes
admirati sunt·
Et dixit mater eius ad illum· Fili quid fecisti no
bis sic· Ecce pater tuus & ego· dolentes querebā
mus te· Et ait ad illos· Quid est quod me quere
batis· nesciebatis quia in his que patris mei sunt
oportet me esse· Et ipsi non intellexerunt ver
bum· quod locutus est ad illos· Et descendit cum
eis & uenit nazareth· & erat subditus illis· Et
mater eius conseruabat omnia uerba hec· in cor
de suo· Et ihc proficiebat sapientia & etate & gratia
apud dm & homines· ·III·

ANNO AUTEM
quintodecimo imperii tyberii cesaris
procurante pontio pilato iudeam· te
trarcha autem galilee herode· philippo autem
fratre eius trachonitidis regionis·
& lisania abilene trachonite sub principibus sacer
dotum anna & caipha· factum est uerbum dñi
sup iohannem zacharie filium in deserto·
Et uenit in omnem regionem iordanis predicans
baptismum penitentie in remissionem peccatorum

sicut scriptum est in libro sermonum ysaye pphe.
Vox clamantis in deserto · parate uiam dñi · rectas
facite semitas eius · Omnis uallis implebitur · &
omnis mons & collis humiliabitur · Et erunt pra
ua in directa · & aspera in uias planas · Et uidebit
omnis caro salutare di·

L viii
V
cc x

Dicebat autem ad turbas que exibant ut baptiza
retur ab ipso · Genimina uiperarum · quis ostn
dit uobis fugere a uentura ira · Facite ergo fruc
tus dignos penitentie · Et ne cepertis dicere ·
patrem habemus abraham · Dico enim uobis · quia
potest ds de lapidibus istis suscitare filios abrahe ·
Iam enim securis ad radicem arborum posita est ·
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum ex
cidetur · & in ignem mittetur ·

L viii
x
Solus

Et interrogabant eum turbe dicentes · Quid ergo
faciemus · Respondens autem dicebat illis · Qui
habet duas tunicas · det non habenti · Et qui habet
escas · similiter faciat · Uenerunt autem & publica
ni ut baptizarentur · & dixerunt ad illum · Ma
gister · quid faciemus · At ille dixit ad eos · Nihil
amplius quam quod constitutum est uobis facia
tis · Interrogabant autem eum & milites dicentes ·
Quid faciemus & nos · Et ait illis · Neminem con
cutiatis · neq; calumniam faciatis · & contenti es
te stipendiis uris · Existimante autem populo &

cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne
ne forte ipse esset xp̃c· respondit iohannes dicens omnib;
Ego quidem aqua baptizo uos· uenit enim fortior
me· cuius non sum dignus soluere corrigiam cal
ciamentorum eius· ipse baptizabit uos in sp̃u sco
Cuius uentilabrum in manu eius· & pur ℣ & igne·
gabit aream suam· & congregabit triticum in
horreum suum· palcas autem comburet igni in
extinguibili· Multa quidem & alia exhortans
euangelizabat populo·
Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de
herodiade uxore fratris sui & de omnibus malis
que fecit herodes· adiecit & hoc supra omnia· &
inclusit iohannem in carcerem·
Factum est autem cum baptizaretur omnis popul⁹·
& ihv baptizato & orante· apertum est ce̅lum· &
descendit sp̃s sc̃s corporali specie sicut columba in
ipsum· Et uox de ce̅lo facta est· Tues filius meus di
lectus· in te complacuit mihi·
Et ipse ihc erat incipiens quasi annorum triginta·
ut putabatur filius ioseph· Qui fuit heli·
Qui fuit matthath· Qui fuit leui· Qui fuit melchi·
Qui fuit ianne· Qui fuit ioseph· Qui fuit mathathie·
Qui fuit amos· Qui fuit naum· Qui fuit esli·
Qui fuit naggę· Qui fuit maath· Qui fuit mathathie·
Qui fuit semei· Qui fuit ioseph· Qui fuit ioda·

Qui fuit iohanna· Qui fuit resa· Qui fuit zorobabel·
Qui fuit salathiel· Qui fuit neri· Qui fuit melchi·
Qui fuit addi· Qui fuit cosan· Qui fuit helmodan·
Qui fuit her· Qui fuit iesu· Qui fuit eliezer·
Qui fuit ioram· Qui fuit mathat· Qui fuit leui·
Qui fuit symeon· Qui fuit iuda· Qui fuit ioseph·
Qui fuit iona· Qui fuit heliacim· Qui fuit melea·
Qui fuit menna· Qui fuit mathatha· Qui fuit nathan·
Qui fuit dauid· Qui fuit iesse· Qui fuit obed·
Qui fuit booz· Qui fuit salmon· Qui fuit naason·
Qui fuit amminadab· Qui fuit aram· Qui fuit esrom·
Qui fuit phares· Qui fuit iudę· Qui fuit iacob·
Qui fuit ysaac· Qui fuit abrahę· Qui fuit thare·
Qui fuit nachor· Qui fuit seruch· Qui fuit ragau·
Qui fuit phaleh· Qui fuit eber· Qui fuit sale·
Qui fuit cainan· Qui fuit arfaxat· Qui fuit sem·
Qui fuit noe· Qui fuit lamech· Qui fuit mathusale·
Qui fuit enoch· Qui fuit iared· Qui fuit maleleel·
Qui fuit cainan· Qui fuit enos· Qui fuit seth·
Qui fuit adam· Qui fuit di· IIII·

L xv
Y ii
☌ xv
♓
☌ vi

HC AVTEM PLEN SPV SCO

L xvi
Y v
☌ xv

rgressus est ab iordane· & agebatur in spū in deser-
tum diebus quadraginta· & temptabatur a diabolo·
Et nihil manducauit in diebus illis· Et consumma-
tis illis esurit· Dixit autem illi diabolus· Si filius
dei es· dic lapidi huic ut panis fiat· Et respondit

ad illum ihc· Scriptum est· quia non in pane
solo uiuit homo· sed in omni uerbo di· Et duxit illum diabolus & ostendit illi omnia regna
orbis terre in momento temporis· & ait ei· Tibi
dabo potestatem hanc uniuersam & gloriam
illorum quia mihi tradita sunt· & cui uolo do
illa· Tu ergo si adoraueris coram me· erunt tua
omnia· Et respondens ihc dixit illi· Scriptum
est· dñm dm tuum adorabis· & illi soli seruies·
Et duxit illum in hierusalem· & statuit eum
supra pinnam templi· & dixit illi· Si filius di es·
mitte te hinc deorsum· Scriptum est enim· qd
angelis suis mandauit de te ut conseruent te·
& quia in manibus tollent te· ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum· Et respondens ihc ait
illi· Dictum est· non temptabis dñm dm tuum·
Et consummata omni temptatione· recessit dia
bolus ab illo usq: ad tempus·

Et regressus est ihc in uirtute spūs in galileam· & fa
ma exiit per uniuersam regionem de illo· Et ip
se docebat in synagogis eorum· & magnificaba
tur ab omnibus·

Et uenit nazareth ubi erat nutritus· & intrauit
secundum consuetudinem suam die sabbati in
synagogam· & surrexit legere· Et traditus est
illi liber esaye pphe· Et ut reuoluit librum·

inuenit locum ubi scriptum erat · Spūs dñi supme
propter quod unxit me · euangelizare pauperib:
misit me · sanare contritos corde · predicare capti
uis remissionem · & cecis uisum · dimittere confrac
tos in remissionem · predicare annum dñi acceptū ·
& diem retributionis · Et cum plicuisset librum
reddidit ministro · & sedit · Et omnium in syna
goga oculi erant intendentes in eum · Cepit aut̄
dicere ad illos · Quia hodie impleta est hec scriptu
ra in auribus uestris ·

Lxxvm
v1
Cexlv
&
Cl
i lxxvm

Et omnes testimonium illi dabant · Et mirabantur
in uerbis gratie que procedebant de ore ipsius · & di
cebant · Nonne hic est filius ioseph ·

Lxxx
x
Sole

Et ait illis · Utiq: dicetis mihi hanc similitudinem ·
Medice · cura teipsum · Quanta audiuimus facta
in capharnaum · fac & hic in patria tua ·

Lxxxi
v1
Cexlvi
&
Cl i
i xxxv

Ait autem · Amen dico uobis · quia nemo ꝓpheta
acceptus est in patria sua ·

Lxxx
x
Sole

In ueritate autem dico uobis · multe uidue erant in diebus
helie in israhel quando clausum est celum annis
tribus & mensibus sex · cum facta esset fames mag
na in omni terra · & ad nullam illarum missus est
helias nisi in sarepta m sydonie ad mulierem ui
duam · Et multi leprosi erant in israhel sub heliseo
propheta · & nemo eorum mundatus est · nisi nea
man syrus · Et repleti sunt omnes in synagoga ira ·

hec audientes· Et surrexerunt·& eiecerunt illum
extra ciuitatem· & duxerunt illum usq; ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat edificata· ut precipitarent eum· Ipse autem transiens per medium illorum ibat·

Et descendit in capharnaum ciuitatem galilee· ibiq; docebat eos sabbatis·

Et stupebant in doctrina eius· quia in potestate erat sermo ipsius·

Et in synagoga erat homo habens demonium immundum· & exclamauit uoce magna dicens· Sine· quid nobis & tibi ihu nazarene· uenisti perdere nos· Scio te qui sis· ſcs dei· Et increpauit illi ihc dicens· Obmutesce & exi ab illo· Et cum proiecisset illum demonium in medium exiit ab illo· nihilq; illum nocuit· Et factus est pauor in omnibus· & colloquebantur ad inuicem dicentes· Quod est hoc uerbum· quia in potestate & uirtute imperat immundis spiritibus· & exeunt· Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis·

Surgens autem de synagoga introiuit in domum symonis· Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus· & rogauerunt eum pro ea· Et stans sup illam imperauit febri· & dimisit illam· Et continuo surgens ministrabat illis· Cum sol autem occidisset· omnes qui habebant infirmos uariis languo

ribus·ducebant illos ad eum·ꝓ At ille singulis ma
nus imponens·curabat eos·

Lxxvii
ꝓ xviii
ꝯ xxvii

Exibant autem demonia a multis clamantia &
dicentia·Quia tues filius di·Et increpans non si
nebat ea loqui·quia sciebant ipsum esse xp̄m·

Lxxviii
ꝓ xviii
ꝯ xviii

Facta autem die egressus ibat in desertum locum·
& turbe requirebant eum·Et uenerunt usq; ad
ipsum·& detinebant illum ne discederet ab eis·
Quibus ille ait·Quia & aliis ciuitatibus oportet
me euangelizare regnum di·quia ideo missus sum·
Et erat predicans in synagogis galilee·

Lxxviii
ꝯ
s a l u s

Factum est autem cum turbe irruerent in eum ut
audirent uerbum di·& ipse stabat secus stagnum
genesareth·Et uidit duas naues stantes secus
stagnum·piscatores autem descenderant & lauа
bant retia·Ascendens autem in unam naum
que erat symonis rogauit eum a terra reducere
pusillum·& sedens docebat de naucula turbas·

Lxxx
ꝓ xviii
l ccxcii
& cc xviii

Ut cessauit autem loqui·dixit ad symonem·Duc
in altum·& laxate retia ura in capturam·Et re
spondens symon dixit illi·Preceptor·per totam
noctem laborantes nihil cepimus·in uerbo aut
tuo laxabo rete·Et cum hoc fecisset·concluserũ
piscium multitudinem copiosam·Rumpebatur
autem rete eorum·& annuerunt sociis qui erant
in alia naui·ut uenirent & adiuuarent eos·Et

uenerunt·& impleuerunt ambas nauiculas ita
ut merguntur·

Quod cum uidisset symon petrus: procidit ad genua
ihv dicens· Exi ame· quia homo peccator sum
dñe· Stupor enim circumdederat eum·& omnes
qui erant cum illo in captura piscium quam cepe
rant· Similiter autem iacobum & iohannem fi
lios zebedei· qui erant socii symonis·

Et ait ad symonem ihc· Noli timere· ex hoc iam
homines eris capiens· Et subductis ad terram na
uibus· relictis omnibus secuti sunt eum·

Et factum est cum esset in una ciuitatium·& ecce
uir plenus lepra· Et uidens ihm & procidens in faciē·
rogauit eum dicens· Dñe si uis potes me mundare·
Et extendens manum· tetigit illum dicens· Volo
mundare· Et confestim lepra discessit ab eo· Et ip
se precepit illi ut nemini diceret· sed uade ostende
te sacerdoti·& offer pro emundatione tua sicut
precepit moyses in testimonium illis·

Perambulabat autem magis sermo de illo·& conue
niebant turbe multe ut audirent·& curarentur
ab infirmitatibus suis·

Ipse autem secedebat in desertum & orabat·

In una dierum·& ipse sedebat docens·
Et erant pharisei sedentes & legis doctores

qui uenerant ex omni castello galilee · & iudee &
ierusalem · & uirtus erat dñi ad sanandum eos ·

L xxxvii
v 1
ꝯ lxx
R
ꝯ xx
l xxxvii

Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat para
lyticus · & querebant eum inferre · & ponere ante
eum · Et non inuenientes qua parte illum inferrent
pre turba · ascenderunt supra tectum · & per tegulas
submiserunt illum cum lecto in medium ante ihm ·
Quorum fidem ut uidit dixit · Homo · remittun
tur tibi peccata tua · Et ceperunt cogitare scribe
& pharisei dicentes · Quis est hic qui loquitur blas
phemias · Quis potest dimittere peccata nisi solus
ds · Ut cognouit autem ihc cogitationes eorum ·
respondens dixit ad illos · Quid cogitatis in cordib;
uestris · Quid est facilius dicere · dimittuntur tibi
peccata · an dicere surge & ambula · Ut autem scia
tis quia filius hominis potestatem habet in terra
dimittere peccata · ait paralytico · Tibi dico surge ·
tolle lectum tuum · & uade in domum tuam · Et
confestim surgens coram illis · tulit in quo iacebat ·
& abiit in domum suam magnificans dm · Et stu
por apprehendit omnes · & magnificabant dm ·
Et repleti sunt timore dicentes · quia uidimus mi
rabilia hodie ·

L xxxviii
v 11
ꝯ lxxi
R
ꝯ xxi

Et post hec exiit · & uidit publicanum nomine leui
sedentem ad theloneum · & ait illi · Sequere me ·
Et relictis omnibus surgens secutus est eum ·

Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua·
Et erat turba multa publicanorum & aliorum
qui cum illis erant discumbentes· Et murmura
bant pharisei & scribe eorum dicentes ad discipu
los eius· Quare cum publicanis & peccatoribus
manducatis & bibitis·
Et respondens ihc dixit ad illos· Non egent qui
sani sunt medico· sed qui male habent· Non ue
ni uocare iustos sed peccatores in penitentiam·
At illi dixerunt ad eum· Quare discipuli iohannis
ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt· simi
liter & pharisеorum· tui autem edunt & bibunt·
Quibus ipse ait· Numquid potestis filios sponsi
dum cum illis est sponsus facere ieiunare· Ven
ient autem dies· & cum ablatus fuerit sponsus ab
illis· tunc ieiunabunt illis diebus· Dicebat
autem & similitudinem ad illos· Quia nemo
commissuram a uestimento nouo immittit inue
tamentum uetus· Alioquin & nouum rumpit·
& ueteri non conuenit commissura a nouo· Et
nemo mittit uinum nouum in utres ueteres·
Alioquin rumpet uinum nouum utres & ipsum
effundetur· & utres peribunt· Sed uinum nouū
in utres nouos mittendum est· & utraq: conser
uantur· Et nemo bibens uetus statim uult no
uum· dicit enim· uetus melius est·

Lxli
Ÿ ii
ꝯ cxxxv
R
ꝯ xxxiii

Factum est autem in sabbato secundo primo cum
transiret per sata. uellebant discipuli eius spicas
& manducabant. confricantes manibus. Quidã
autem pharisæorum dicebant illis. Quid facitis
quod non licet in sabbatis. Et respondens ad eos
ihc dixit. Nec hoc legistis quod fecit dauid cum
esuisset & qui cum eo erant. quomodo intrauit
in domum di & panes ꝓpositionis sumpsit &
manducauit. & dedit his qui cum ipso erant.
quos non licet manducare nisi tantum sacerdo
tibus. Et dicebat illis. Quia dñs est filius homi
nis etiam sabbati.

Lxlii
Ÿ ii
ꝯ cxxvi
R
ꝯ xxxv

Factum est autem & in alio sabbato ut intraret in
synagogam & doceret. Et erat ibi homo. & ma
nus eius dextra erat arida. Observabant autem
scribe & pharisei si in sabbato curaret. ut inuen
irent unde accusarent eum. Ipse uero sciebat cogi
tationes eorum. & ait homini qui habebat ma
num aridam. Surge & sta in medium. Et exur
gens stetit. Ait autem ad illos ihc. Interrogo uos.
si licet sabbatis bene facere an male. animam sal
uam facere an perdere. Et circumspectis omnib;
dixit homini. Extende manum tuam. Et ex
tendit. & restituta est manus eius. Ipsi autem
repleti sunt insipientia. & conloquebantur ad
inuicem quidnam facerent ihu.

Factum est autem in diebus illis exiit in montem
orare · & erat pernoctans in oratione di ·
Et cum dies factus esset · uocauit discipulos suos ·
& elegit duodecim ex ipsis quos & apostolos
nominauit · Symonem quem cognominauit
petrum & andream fratrem eius · Iacobum &
iohannem · philippum & bartholomeum · ma
theum & thomam · iacobum alphei · & symonē
qui uocatur zelotes · iudam iacobi · & iudam
scarioth qui fuit proditor ·
Et descendens cum illis stetit in loco campestri · &
turba discipulorum eius · & multitudo copiosa
plebis ab omni iudea & ierusalem · & maritima
& tyri & sydonis · qui uenerant ut audirent eum
& sanarentur a languoribus suis · Et qui uexa
bantur a spiritibus immundis · curabantur ·
Et omnis turba quaerebat eum tangere · quia
uirtus de illo exibat · & sanabat omnes ·
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat ·
Beati pauperes · quia uestrum est regnum di ·
Beati qui nunc esuritis · quia saturabimini · Beati
qui nunc fletis · quia ridebitis ·
Beati eritis cum uos oderint homines · & cum sepa
rauerint uos & exprobrauerint · & eiecerint nomen
uestrum tamquam malum propter filium homi
nis · Gaudete in illa die & exultate · ecce enim mer

ecl uestra multa inçdo · Secundum hec enim fa
ciebant prophetas patres eorum ·

L l
S. l. v. S
Verumtamen uç uobis diuitibus qui habetis con
solationem uram · Uae uobis qui saturati estis ·
quia esurietis · Vae uobis qui ridetis nunc · quia
lugebitis & flebitis ·

L li
S. l. v. S
Uae cum benedixerint uobis omnes homines · se
cundum hec faciebant ꝓphetas patres eorum ·

L liii
T v
Ꝯ xi
Sed uobis dico qui auditis · Diligite inimicos uros ·
benefacite his qui uos oderunt · benedicite male
dicentibus uos · orate ꝓ calumniantibus uos ·

L liii
T v
Ꝯ xxxv viii
Et qui te percutit in maxillam · prbe & alteram ·
Et abco qui aufert tibi uestimentum · etiam tu
nicam noli ꝓhibere · Omni autem petenti te tri
bue · & qui aufert quç tua sunt ne repetas ·

L liiii
T v
Ꝯ l iii
Et prout uultis ut faciant uobis homines · & uos
facite illis similiter ·

L liv
T v
Ꝯ xl i
Et si diligitis eos qui uos diligunt · quç uobis est
gratia · nam & peccatores diligentes se diligunt ·
Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt ·
quç uobis gratia · Siquidem & peccatores hoc fa
ciunt · Et si mutuum dederitis his aquibus spera
tis accipere · quç gratia est uobis · Nam & peccatores
peccatoribus fenerantur ut recipiant aequalia ·
Uerumtamen diligite inimicos uestros & benefa
cite · & mutuum date nihil inde sperantes · & erit

mercē uestra multa · & eritis filii altissimi · quia
ipse benignus est sup ingratos & malos · Estote
ergo misericordes · sicut & pater uester misericors est ·
Nolite iudicare · & non iudicabimini · Nolite con
demnare · & non condemnabimini · Dimittite ·
& dimittemini · Date · & dabitur uobis · Mensu
ram bonam & confertam & coagitatam & sup
effluentem · dabunt in sinum uestrum · Eadem
uero mensura qua mensi fueritis · remetietur uob ·
Dicebat autem illis & similitudinem · Numquid
potest cecus cecum ducere · nonne ambo in fouc
am cadunt ·
Non est discipulus sup magistrum · Perfectus autē
omnis erit · si sit sicut magister eius ·
Quid autem uides festucam in oculo fratris tui ·
trabem autem que in oculo tuo est non consid
eras · aut quomodo potes dicere fratri tuo · frater ·
sine eiciam festucam de oculo tuo · ipse in oculo
tuo trabem non uidens · Hypocrita · eice primū
trabem de oculo tuo · & tunc perspicies ut educas
festucam de oculo fratris tui ·
Non est enim arbor bona que facit fructus malos ·
neq; arbor mala faciens fructum bonum · Vna
quaq; enim arbor de fructu suo cognoscitur ·
Neq; enim de spinis colligunt ficus · neq; de rubo
uindemiant uuam ·

L lxii
V
Ꝺexxv

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum · & malus homo de malo thesauro pfert malum · Ex abundantia enim cordis os loquit.

L lxiii
V iii
Ꝺ lvi
I exvi

Quid autem uocatis me dñe dñe · & non facitis quae dico ?

L lxiiii
V
Ꝺ lxi

Omnis qui uenit ad me & audit sermones meos & facit eos · ostendam uobis cui similis sit · Similis est homini edificanti domum · qui fodit in altu · & posuit fundamenta supra petram · Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi · & non potuit eam mouere · Fundata enim erat supra petram · Qui autem audit & non facit · similis est homini edificanti domum suam supra terram sine fundamento · in quam illisus est fluuius · & continuo cecidit · & facta est ruina domus illius magna ·

I, lxv
V iii
Ꝺ lxiii
I xxxvi

Cum autem implesset omnia uerba sua in aures plebis · intrauit capharnaum · Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat morturus · qui illi erat pretiosus · Et cum audisset de ihu · misit ad eum seniores iudeorum · rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius · At illi cum uenissent ad ihm rogabant eum sollicite dicentes · quia dignus est ut hoc illi prestet · Diligit enim gentem nram · & synagogam ipse edificauit nobis · Ibat autem ibat cum illis · Et cum iam non

longe esset a domo · misit ad eum centurio amicos dicens · Dñe · noli uexari · non enim dignus sum ut intres sub tectum meum · Propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te · sed dic uerbo · & sanabitur puer meus · Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites · & dico huic uade & uadit · & alio ueni & uenit · & seruo meo fac hoc & facit · Quo audito ihc miratus est · & conuersus sequentibus se turbis dixit · Amen dico uobis · nec in israel tantam fidem inueni ·

Et reuersi qui missi fuerant domum · inuenerunt seruum qui languerat sanum ·

Et factum est deinceps ibat in ciuitatem quę uocatur naim · & ibant cum illo discipuli eius · & turba copiosa · Cum autem appropinquaret portę ciuitatis · ecce defunctus efferebatur · filius unicus matris suę · Et hęc uidua erat · & turba ciuitatis multa cum illa · Quam cum uidisset ihc misericordia motus super eam · dixit illi · Noli flere · Et accessit & tetigit loculum · Hi autem qui portabant steterunt · Et ait · Adolescens · tibi dico surge · Et resedit qui erat mortuus · & cepit loqui · & dedit illum matri suę · Accepit autem omnes timor · & magnificabant dm dicentes · quia propheta magnus surrexit in nobis · & quia ds uisi-

tauit plebem ſuam·

Lxvm v s.l.s

Et exiit hic ſermo in uniuerſam iudeam de eo· & omnem circa regionem·

Lxvm v ꝯ cu

Et nunciauerunt iohanni diſcipuli eius de omnib; · his· Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis iohannes· & miſit ad ihm dicens· Tu es qui uenturus es· an alium expectamus· Cum autem uenissent ad eum uiri dixerunt· Iohannes baptiſta miſit nos ad te dicens· Tu es qui uenturus es an alium expectamus· In ipsa autem hora curauit multos a languoribus & plagis & spiritibus malis· & cecis multis donauit uisum· Et respondens dixit illis· Euntes nunciate iohanni que uidistis & audistis· quia ceci uident· claudi ambulant· leprosi mundantur· surdi audiunt· mortui resurgunt· pau peres euangelizantur· Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me· Et cum discessissent nuncii iohannis cepit dicere de iohanne ad turbas· Quid existis in desertum uidere harundinem uento mo ueri· Sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis indutum· Ecce qui in ueste pretiosa ꝯ & delicijs· in domibus regum sunt· Sed quid ex istis uidere pphetam· Ita q; dico uobis· & plus quam prophetam·

Lxx vii ꝯ cm & ꝯ i

Hic est de quo scriptum est· Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam· qui preparabit uiam tuã

ante te·

Dico enim uobis· maior· inter· natos mulierum
propheta iohanne babtista nemo est· Qui autē
minimus est in regno di· maior· est illo·
Et omnis populus audiens & publicani iustifica
uerunt dñm· babtizati babtismo iohannis· Pha
risei autem & legis peri consilium dei sprauerunt
in semetipsos non babtizati abeo·
Cui ergo similes dicam homines generationis hui⁹·
& cui similes sunt· Similes sunt pueris sedentib:
in foro & loquentibus ad inuicem· & dicentibus·
Cantauimus uobis tybia & non saltastis· lamen
tauimus & non plorastis· Venit enim iohannes
babtista neq: manducans panem neq: bibens uinum· & dicitis demonium habet· Venit filius
hominis manducans & bibens· & dicitis· Ecce ho
mo deuorator & bibens uinum· amicus publica
norum & peccatorum· & iustificata est sapientia
ab omnibus filiis suis·
Rogabat autem illum quidam de phariseis· ut man
ducaret cum illo· Et ingressus domum pharisei
discubuit· Et ecce mulier· que erat in ciuitate
peccatrix· ut cognouit quod accubuit in domo
pharisei· attulit alabastrum unguenti· & stans re
tro secus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius·
& capillis capitis sui tergebat· & osculabatur pe
des eius· & unguento ungebat· Videns autem pha

riseus qui uocauerat eum · ait intra se dicens: Hic
si esset propheta · sciret utiq; que & qualis esset mu
lier que tangit eum · quia peccatrix est · Et respon
dens ihc dixit ad illum · Symon · habeo tibi aliquid
dicere · ¶ At ille ait · Magister dic · Duo debitores
erant cuidam feneratori · unus debebat ei denarios
quingentos · alius quinquaginta · Non habentib;
illis unde redderent · donauit utriq; Quis ergo
eum plus diliget · Respondens symon dixit ·
Estimo · quia is cui plus donauit · ¶ At ille dixit ei ·
Recte iudicasti · Et conuersus ad mulierem · dixit
symoni · Uides hanc mulierem · intraui in domum
tuam · aquam pedibus meis non dedisti · hec autē
lacrimis rigauit pedes meos · & capillis suis tersit ·
Osculum mihi non dedisti · hec autem ex quo intra
ui non cessauit osculari pedes meos · Oleo caput me
um non unxisti · hec autem unguento unxit pedes
meos · Propter quod dico tibi · Remittuntur ei
peccata multa · quoniam dilexit multum · Cui
autem minus dimittitur · minus diligit · Dixit
autem ad illam · Remittuntur tibi peccata · Et
ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se ·
Quis est hic qui etiam peccata dimittit · Dixit au
tem ad mulierem · Fides tua te saluum fecit · uade in

Luce x. solus

Et factum est deinceps · & ipse iter faciebat · per ciuitatem & castellum · predicans & euangelizans

regnum di· & duodecim cum illo· & mulieres
aliquę quę erant curatę ab spiritibus malignis
& infirmitatibus· maria quę uocatur magda
lene de qua septem demonia exierant· & iohan
na uxor chuzę procuratoris herodis· & susanna·
& alię multę quę ministrabant eis de facultatib;
suis·

CUM AUTEM TURBA PLURIMA
conuenirent & de ciuitatibus properarent ad eū·
dixit per similitudinem· Exiit qui seminat
seminare semen suum· Et dum seminat· aliud
cecidit secus uiam & conculcatum est· & uo
lucres cęli comederunt illud· Et aliud cecidit
supra petram· & natum aruit quia non habe
bat humorem· Et aliud cecidit inter spinas·
& simul exortę spinę suffocauerunt illud·
Et aliud cecidit in terram bonam· & ortum fe
cit fructum centuplum· Hęc dicens clamabat·
Qui habet aures audiendi audiat· Interroga
bant autem eum discipuli eius· quę esset hęc
parabola· Quibus ille dixit·

Vobis datum est nosse mysterium regni di· ceteris
autem in parabolis· ut uidentes non uideant·
& audientes non intelligant·

Est autem hęc parabola· Semen est uerbum di·
Qui autem secus uiam· hi sunt qui audiunt·

deinde uenit diabolus & tollit uerbum de
corde eorum·ne credentes salui fiant· Nam
qui supra petram·hi sunt qui cum audierint
cum gaudio suscipiunt uerbum·& hi radices
non habent·qui ad tempus credunt·& in tem
pore temptationis recedunt·Quod autem in
spinis cecidit·hi sunt qui audierunt·& a solli
citudinibus & diuitis & uoluptatibus uite
euntes suffocantur·& non referunt fructum·
Quod autem in bonam terram·hi sunt qui in
corde bono & optimo audientes uerbum reti
nent·& fructum afferunt in patientia·

L lxxxvi
T ii
ꝯ xxxvi
R
ꝯ xxxvi

Nemo autem lucernam accendens operit eam ua
se·aut subtus lectum ponit·sed supra candela
brum ponit·ut intrantes uideant lumen·

L lxxxv
T ii
ꝯ xcv
R
ꝯ xl

Non enim est occultum quod non manifestetur·
nec abscondtum quod non cognoscatur·& in
palam ueniat·

L lxxxvi
T v
ꝯ xxxvi

Videte ergo·quomodo audiatis·Qui enim habet·
dabitur illi·Et quicumq; non habet·etiam
quod putat se habere auferetur ab illo·

L lxxxvii
T ii
ꝯ xxxv
R
ꝯ xxxv

Uenerunt ad illum mater & fratres eius·& non
potuerunt adire eum pre turba·Et nunciatum
est illi·Mater tua & fratres tui stant foris·uolen
tes te uidere·Qui respondens·dixit ad eos·Ma
ter mea & fratres mei hi sunt·qui uerbum di

audium & facium·

Factum est autem in una dierum · & ipse ascen
dit in naviculam & discipuli eius · Et ait ad
illos · Transfretemus trans stagnum · Et ascen
derunt · Navigantibus autem illis · obdormi
vit · Et descendit procella venti in stagnum ·
& complebantur & periclitabantur · Accedentes
autem · suscitaverunt eum dicentes · Preceptor
perimus · Et ille surgens increpavit ventum &
tempestatem aque · & cessavit · & facta est tran
quillitas · Dixit autem illis · Ubi est fides vestra ·
Qui timentes mirati sunt dicentes ad invicem ·
Quis putas hic est · quia & ventis imperat & ma
ri & obediunt ei · Et navigaverunt autem ad
regionem gerasenorum que est contra galileam ·
Et cum egressus esset ad terram · occurrit illi vir
quidam qui habebat demonium iam tempo
ribus multis · & vestimento non induebatur ·
neq; in domo manebat · sed in monumentis ·
Is ut vidit ihm · procidit ante illum · & exclamans
voce magna dixit · Quid mihi & tibi est ihu
fili dei altissimi · Obsecro te ne me torqueas · Pre
cipiebat enim spiritui immundo · ut exiret ab
homine · Multis enim temporibus arripiebat
illum · & vinciebatur catenis & compedibus
custodiebatur · & ruptis vinculis agebatur a demonio

indeserta. Interrogauit autem illum ihc di
cens. Quod tibi nomen est. Et ille dixit. Legio.
Quia intrauerunt demonia multa in eum.
Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyss
sum irent. Erat autem ibi grex porcorum mul
torum pascentium in monte. & rogabant eū
ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.
Exierunt ergo demonia ab homine. & intra
uerunt in porcos. Et impetu abiit grex per
ceps in stagnum. & suffocatus est. Quod ut vi
derunt factum qui pascebant fugerunt. & nun
ciauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt
autem uidere quod factum est. & uenerunt ad
ihm. & inuenerunt hominem sedentem a quo
demonia exierant uestitum ac sana mente
ad pedes eius. & timuerunt. Nunciauerunt
autem illis & qui uiderant quomodo sanus
factus esset a legione. Et rogauerunt illum om
nis multitudo gerasenorum regionis ut dis
cederet ab ipsis. quia timore magno tenebantur.
L lxxxvi
R viii
co xlviii
Ipse autem ascendens nauem reuersus est. Et
rogabat illum uir a quo demonia exierant
ut cum eo esset. Dimisit autem eum ihc dicens.
Redi domum tuam. & narra quanta tibi fecit
dñs. Et abiit per uniuersam ciuitatem predicans
quanta illi fecisset ihc.

FACTVM EST AVTEM VII·

cum rediſſet ihc excepit illum turba·
Erant autem omnes expectantes eum·
Et ecce uenit uir cui nomen iayrus· & ipſe
princeps ſynagoge erat· Et cecidit ad pedes
ihu· rogans eum ut intraret in domum eius·
quia filia unica erat illi fere annorum duodecim·
& hec moriebatur· Et contigit dum iret· a turba
bant comprimebatur· Et mulier quedam erat
in fluxu ſanguinis ab annis duodecim· que in
medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam
nec a bullo potuit curari· Accessit retro & tetigit
fimbriam uestimenti eius· & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius· Et ait ihc· Quis est qui me tetigit· Negantibus autem omnibus dixit petrus
& qui cum illo erant· Preceptor· turbe te comprimunt & affligunt· & dicis· quis me tetigit· Et
dixit ihc· Tetigit me aliquis· Nam & ego noui uirtutem de me exisse· Videns autem mulier· quia
non latuit tremens uenit· & procidit ante pedes
eius· & ob quam causam tetigerit eum indicauit
coram omni populo· & quem admodum con
feſtim ſanata sit· At ipſe dixit illi· Filia· fides
tua te saluam fecit· uade in pace· Adhuc illo lo
quente uenit quidam ad principem ſynagoge·
dicens ei· Quia mortua est filia tua· noli uexare

illum · Hic autem audito hoc uerbo respondit
patri puelle · Noli timere · credc tantum · &
salua erit · Et cum uenisset domum · non per
sit intrare secum quemquam nisi petrum &
cobum & iohannem · & patrem & matrem pu
elle · Flebant autem omnes · & plangebant illã ·
At ille dixit · Nolite flere · non est enim mortua
puella sed dormit · Et deridebant eum · scientes
quia mortua esset · Ipse autem tenens manum ei⁹
clamauit dicens · Puella surge · Et reuersus est
spiritus eius · & surrexit continuo · Et iussit illi
dari manducare · Et stupuerunt parentes eius ·
Quibus precepit ne alicui dicerent quod factũ
erat ·

L lxxxvi
T ii
Ꝯ lxxxviii
A
Ꝯ xcviii

VOCATIS autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem
& potestatem super omnia demonia · &
ut languores curarent · Et misit illos predicare
regnum dei · & sanare infirmos ·

L lxxxvii
T ii
Ꝯ lxxxix
A
Ꝯ l

Et ait ad illos · Nihil tuleritis in uia · neq; uirgam ·
neq; peram · neq; panem · neq; pecuniam · neq;
duas tunicas habeatis · Et in quamcumq; do
mum intraueritis ibi manete · & inde exeatis ·

L lxxxviii
T ii
Ꝯ xc v
A
Ꝯ l v

Et quicumq; non receperint uos · exeuntes de ci
uitate illa etiam pulueren pedum uestrorum
excutite in testimonium super illos ·

Egrssi autem circuibant p castella euangelizan
tes & curantes ubiq;
Audiuit autem herodes tetrarcha omnia que
fiebant abeo · & hesitabat eo quod diceretur
aquibusdam quia iohannes surrexit amortu
is · aquibusdam uero quia helias apparuit ·
ab aliis autem · quia pphета unus de antiquis
surrexit · Et ait herodes · Iohannem ego decol
laui · Quis autem est iste de quo ego audio ta
lia · Et querebat uidere eum ·
Et reuersi apostoli narrauerunt illi quecumq;
fecerunt ·
Et assumptis illis secessit seorsum in locum deser
tum qui est bethsaide · Quod cum cognouissent
turbe secute sunt illum · Et excepit illos · & lo
quebatur illis de regno di · & eos qui curatione
gebant sanabat ·
Dies autem ceperat declinare · Et accedentes duo
decim · dixerunt illi · Dimitte turbas · ut euntes
in castella uillasq; que circa sunt diuertant &
inueniant escas · quia hic in loco deserto sumus ·
Ait autem ad illos · Vos date illis manducare ·
At illi dixerunt · Non sunt nobis plus quam
quinq; panes & duo pisces · nisi forte nos eamus
& emamus in omnem hanc turbam escas · Erant
autem fere uiri quinq; milia · Ait autem ad

discipulos suos. Fecit illos discumbere p con
uiuia quinquagenos. Et rnaftexerunt. & dis
cumbere fecerunt omnes. Acceptis autem q̄nq;
panibus & duobus piscibus respexit in cęlum
& benedixit illos & fregit. & distribuit disci
pulis suis ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes & saturati sunt. Et sublatū
est quod superfuit illis fragmentorum cophini
duodecim.

Lxxxiii
Lxxxiii
Lxxxiii
Lxxxiii

Et factum est cum solus esset orans. erant cum
illo & discipuli. Et interrogauit illos dicens.
Quem me dicunt esse turbę. ¶ At illi respondē
runt & dixerunt. Iohannem baptistam. alii
autem heliam. alii quia ꝓpheta unus de priō
bus surrexit. Dixit autem illis. Vos autem quē
me esse dicitis. ¶ Respondens symon petrus dixit.
Xp̄m dei.

Lxxxv
Lxxxvii
Lxxxvii
Lxxxvii

Et ille increpans illos precepit ne cui dicerent hoc
dicens. Quia oportet filium hominis multa pati
& reprobari a senioribus & principibus sacerdo
tum & scribis. & occidi. & tertia die resurgere.

Lxxxvi
Lxxxviii
Lxxxviii
Lxxxviii

Dicebat autem ad omnes. Si quis uult post me ue
nire abneget semetipsum. & tollat crucem suā
cotidie. & sequatur me. Qui enim uoluerit
animam suam saluam facere. pdet eam. Nam
qui pdiderit animam suam ꝓpter me. saluam

facit illam · Quid enim pficit homo si uniuersum mundum · se autem ipsum perdat · & detrimentum sui faciat ·

NAm qui me erubuerit & meos sermones · hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua & patris · & scorum angelorum ·

DIco autem uobis · uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem · donec uideant regnum di· ·VIIII·

ACTVM EST AVTEM post hec uerba fere dies octo · & assumpsit petrum & iacobum & iohannem · & ascendit in montem ut oraret · Et factum est dum oraret · species uultus eius altera · & uestimentum eius album refulgens · Et ecce duo uiri loquebantur cum illo · Erant autem moyses & helias uisi in maiestate · & dicebant excessum eius quem completurus erat in hierusalem · Petrus uero & qui cum illo grauati erant somno · Et euigilantes uidere maiestatem eius & duos uiros qui stabant cum illo · Et factum est dum discederent ab illo · ait petrus ad ihm · Preceptor · bonum est nos hic esse · & faciamus tria tabernacula · unum tibi · & unum moysi · & unum helie · nesciens quid diceret · Hec autem illo loquente · facta est nubes & obumbrauit eos · & timuerunt · Intrantibus illis

in nubem · & uox facta est de nube dicens · Hic
est filius meus dilectus · ipsum audite · Et dum
fieret uox · inuentus est ihc solus · Et ipsi tace
runt & nemini dixerunt in illis diebus quic
quam ex his que uiderant ·

Lectio
sancti
euangelii
secundum
Lucam

Factum est autem insequenti die descendentib;
illis de monte occurrit illis turba multa · Et
ecce uir de turba exclamauit dicens · Magister
obsecro te, respice in filium meum quia unicus est mihi ·
& ecce spiritus apprehendit illum · & subito cla
mat & elidit & dissipat eum cum spuma · & uix
discedit dilanians eum · Et rogaui discipulos
tuos ut eicerent illum · & non potuerunt · Re
spondens autem ihc dixit · O generatio infidelis
& peruersa · usq; quo ero apud uos · & patiar uos ·
Adduc huc filium tuum · Et cum accederet ·
elisit illum demonium · & dissipauit · Et in
crepauit ihc spiritum immundum · & sanauit
puerum · & reddidit illum patri eius · Stupebant autem omnes in magnitudine di
Omnibus q; mirantibus in omnibus que faciebat ·
dixit discipulis suis · Ponite uos in cordibus uris
sermones istos · Filius enim hominis futurum e
ut tradatur in manus hominum · At illi igno
rabant uerbum istud · & erat uelatum ante eos ·
ut non sentirent illud · Et timebant interro

rogare eum de hoc uerbo·
Intrauit autem cogitatio in eos· quis eorum
maior esset· Ihc uidens cogitationes cordis
illorum· apprehendens puerum stetuit illum
secus se· & ait illis· Quicumq; susceperit puerū
istum in nomine meo· me recipit· Et quicumq;
me receperit· recipit eum qui me misit· Nam
qui minor est inter omnes uos· hic maior est·
Respondens autem Iohannes dixit· Preceptor· u
dimus quendam in nomine tuo eiicientem doc
monia· & phibuimus eum· quia non sequitur
nobiscum· Et ait ad illum Ihc· Nolite phibere·
Qui enim non est aduersum uos· pro uobis est·
Factum est autem dum complerentur dies assump
tionis eius· & ipse firmauit faciem suam ire ire
Ierusalem· & misit nuncios ante conspectum suū·
Et euntes intrauerunt in ciuitatem samaritano
ut parerent illi· Et non receperunt eum· quia
facies eius erat euntis Ierusalem· Cumq; uidissent
autem discipuli eius Iacob; & Iohannes dixerunt·
Dñe· uis dicimus ut ignis descendat de ęlo &
consumat eos· Et conuersus increpauit illos dicēs·
Nescitis cuius spiritus estis· Filius hominis non ue
nit animas perdere sed saluare· Et abierunt in ali
ud castellum·
Factum est autem ambulantib; illis in uia· dixit

quidam ad illum. Sequar te quocunq; ieris.
Et ait illi ihc. Vulpes foueas habent & uolucres
cęli nidos. filius autem hominis non habet ubi
caput reclinet.

Lcvi
x
Solus

Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem
dixit. Dñe. p̃mitte mihi primum ire. & sepelire
patrem meum. Dixit q; a ihc. Sine ut mortui
sepeliant mortuos suos. tu autem uade annuncia
regnum dei. Et ait alter. Sequar te dñe. sed pri
mum p̃mitte mihi renunciare his qui domi sunt.
Ait ad illum ihc. Nemo mittens manum suam
in aratrum & aspiciens retro aptus est regno dei.

Lcvii
x
Solus

POST HĘC AVTEM
designauit dñs & alios septuaginta
duos. & misit illos binos ante faciem suã
omnem ciuitatem & locum quo erat ipse
uenturus. Et dicebat illis.

Lcviii
v
co Lxxviii

Messis quidem multa. operarii autem pauci. Roga
te ergo dñm messis. ut mittat operarios in messem
suam.

Lcviii
v
co Lxxix

Ite. ecce ego mitto uos. sicut agnos inter lupos.

Lcx
ii
co Lxxx
R
co Lxx

Nolite portare sacculum neq; peram. neq; calcia
menta. & neminem per uiam salutaueritis.

Lcxi
v
co Lxxxi

In quamcunq; domum intraueritis. primum
dicite. pax huic domui. Et si ibi fuerit filius
pacis requiescet super illam pax uestra. sin autem.
aduos reuertetur.

In eadem autem domo manete edentes & bi
bentes quę apud illos sunt. Dignus est enim
operarius mercede sua. Nolite transire de do
mo in domum.

Et in quamcumq; ciuitatem intraueritis & susce
perint uos. manducate quę apponuntur uo
bis. & curate infirmos qui in illa sunt. & dicite
illis. Appropinquabit in uos regnum dei.

In quamcumq; ciuitatem intraueritis & non re
ceperint uos. exeuntes in plateas eius dicite.
Etiam pulueren qui adhesit nobis de ciuita
te uestra extergimus in uos. tamen hoc scitote quia
appropinquabit regnum dei. Dico uobis. quia
sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati.

Uae tibi corozain. uae tibi bethsayda. quia si in
tyro & sydone factę fuissent uirtutes quę in uob
factę sunt. olim in cilicio & cinere sedentes poe
nituissent. Uerumtamen tyro & sydoni remissius
erit in iudicio quam uobis. Et tu capharnaū
usq; ad celum exaltata usq; ad infernum
descendes.

Qui uos audit me audit. & qui uos spernit. me
spernit. Qui autem me spernit. spernit eum
qui me misit.

Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gau
dio dicentes. Dne. etiam demonia subiciun-

nobis· in nomine tuo· Et ait illis· Uidebam
satanan· sicut fulgur de cło cadentem· Ecce
dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes
& scorpiones· & supra omnem uirtutem inimi
ci· & nihil uos nocebit· Uerumtamen in hoc no
lite gaudere quia spiritus uobis subiciuntur·
Gaudete autem quod nomina uŕa scripta sūt in cęlis·

L exxxiii
V
Wex

In ipsa hora exultauit spūs cō & dixit· Confite
or tibi pater dńe cęli & terrę· quod abscondis
ti hęc a sapientibus & prudentibus· & reuelasti
ea paruulis· Etiam pater· quia sic placuit ante
te·

L exxxiii
V iii
Wex & exu
I lxxxvi

Omnia mihi tradita sunt a patre meo· & nemo scit
quis sit filius nisi pater· & quis sit pater nisi filius·
& cui uoluerit filius reuelare·

L exxxv
V
Wexxxvi

Et conuersus ad discipulos suos dixit· Beati oculi
qui uident quę uos uidetis· Dico enim uobis·
quod multi ꝓphetę & reges uoluerunt uidere
quę uos uidetis & non uiderunt· & audire quae
auditis & non audierunt·

L exxxvi
V ii
Wexxxvii
&
Wevii

Et ecce quidam legis peritus surrexit· temptans
illum & dicens· Magister· quid faciendo uitam
aeternam possidebo· Ille dixit ad eum· In
legę quid scriptum est· quomodo legis· Ille
respondens dixit· Diliges dńm dm tuum ex
toto corde tuo· & ex tota anima tua· & ex omnib;
uiribus tuis· & ex omni mente tua· & ꝓximum

tuum sicut te ipsum· Dixitq; illi· Recte respon
disti· hoc fac & uiues·
Ille autem uolens iustificare se ipsum· dixit ad
ihm· Et quis est meus proximus· Suscipiens aũt
ihc dixit· Homo quidam descendebat ab iheru
salem in iericho· & incidit in latrones· Qui etiã
despoliauerunt eum· & plagis impositis abier̃
semiuiuo relicto· Accidit autem ut sacerdos
quidam descenderet eadem uia· & uiso illo pe
transiuit· Similiter & leuita cum esset secus lo
cum & uidere eum ptransiit· Samaritanus
autem quidam iter faciens uenit secus eum· &
uidens eum misericordia motus est· Et ad pro
piansalligauit uulnera eius infundens oleum
& uinum· & imponens illum in iumentum suum
duxit in stabulum· & curam eius egit· Et altera
die protulit duos denarios· & dedit stabulario &
ait· Curam illius habe· & quodcumq; superoga
ueris· ego cum rediero reddam tibi· Quis ergo
horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi
qui incidit in latrones· Et ille dixit· Qui fecit
misericordiam in illum· Et ait illi ihc· Vade
& tu fac similiter· Factum est autem dum irem·
& ipse Intrauit in quoddam castellum· &
mulier quedam martha nomine excepit illũ
in domum suam· Et huic erat soror nomine

maria· Quę & iam ſedens ſecus pedes dñi· audie
bat uerbum illius· Martha autem ſatagebat
circa frequens miniſterium· Que ſtetit & ait·
Dñe· non eſt tibi curę quod ſoror mea reliquit
me ſolam miniſtrare· Dic ergo illi· ut me adiu
uet· Et reſpondens· dixit illi dñs· Martha mar
tha· ſollicita es· & turbaris erga plurima· Porro·
unum eſt neceſſarium· Maria optimam partē
elegit que non auferetur abea· ·XI·

Lectio
V
Dñica

TRACTVM ISTE

cum eſſet in loco quodam orans· vt ceſſa
uit· dixit unus ex diſcipulis eius ad eū·
Dñe· doce nos orare· ſicut & iohannes docuit
diſcipulos ſuos· Et ait illis· Cum oratis dicite·
Pater· ſcīficetur nomen tuum· Adueniat regnū
tuum· Panem nrm cotidianum da nobis hodie·
Et dimitte nobis peccata nra· ſiquidem & ipſi
dimittimus omni debenti nobis· Et ne nos in du
cas in temptationem·

Lectio
X
Solus

Et ait ad illos· Quis ueſtrum habebit amicum· &
ibit ad illum media nocte· & dicet illi· Amice
commoda mihi tres panes· quoniam amicus mus
uenit de uia ad me· & non habeo quod ponam
ante illum· Et ille de intus reſpondens dicat·
Noli mihi moleſtus eſſe· iam oſtium clauſum e·
& pueri mei mecum ſunt in cubili· non poſſum

surgat & dat tibi. Et ille si pseuerauerit pul
sans. dico uobis. & si non dabit illi surgens eo
quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen
eius surget. & dabit illi quotquot habet necess
arios.

Et ego uobis dico. Petite & dabitur uobis. que
rite & inuenietis. pulsate & aperietur uobis.
Omnis enim qui petit accipit. & qui quaerit in
uenit. & pulsanti aperietur. Quis autem ex uo
bis patrem petit panem. numquid lapidem da
bit illi. Aut piscem. numquid pro pisce serpentem
dabit illi. Aut si petierit ouum. numquid por
rigit illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis uestris. quanto magis
pater uester de celo dabit spiritum bonum petentib; se.

Et erat eiciens demonium. & illud erat mutum.
Et cum eiecisset demonium locutus est mutus.
& admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis
dixerunt. In beelzebub principe demoniorum.
eicit demonia.

Et alii temptantes. signum de celo querebant abeo.
Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit.
Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur:
& domus super domum cadit. Si autem & sata
nas in se ipsum diuisus est. quomodo stabit reg
num ipsius. Quia dicitis in beelzebub eicere me

doemonia·Si autem ego in beelzebub eicio doe
monia·filii uri in quo eiciunt· Ideo ipsi iudices
uestri erunt·Porro si in digito di eicio doemonia·
profecto puenit in uos regnum di· Cum fortis
armatus custodit atrium suum· in pace sunt ea
que possidet·Si autem fortior illo supueniens
uicerit eum· uniuersa arma eius auferet in quib;
confidebat· & spolia eius distribuet·Qui non est
mecum aduersum me est· & qui non colligit me
cum dispergit·

L exxx
V
C exxviii Cum immundus spiritus exierit de homine· am
bulat per loca inaquosa querens requiem· & non
inueniens dicit·Reuertar in domum meam·
unde exiui· Et cum uenerit· inuenit scopis mun
datam· Et tunc uadit & assumit septem alios
spiritus secum nequiores se· & ingressi habitant
ibi· Et sunt nouissima hominis illius· peiora prio;

L exxxi
X
Solus Factum est autem cum hec diceret· extollens uocem
quedam mulier de turba·dixit illi·Beatus uen
ter qui te portauit· & ubera que suxisti·At ille
dixit·Quinimmo· beati qui audiunt uerbum
dei & custodiunt illud·

L exxxii
V
C exxxviii Turbis autem concurrentibus cepit dicere·Gene
ratio hec generatio nequam est·Signum querit·
& signum non dabitur illi nisi signum ionae·
Nam sicut ionas fuit signum ninuitis· ita erit

& filius hominis generationi isti. Regina austri
surget in iudicio cum uiris generationis huius
& condemnabit illos. quia uenit a finibus terre
audire sapientiam salomonis. Et ecce plus salo
mone hic. Viri ninuite surgent in iudicio cum
generatione hac & condemnabunt illam. quia
penitentiam egerunt in predicatione ione. Et
ecce plus iona hic.

Nemo lucernam accendit & in abscondo ponit.
neq; sub modio sed supcandelabrum. ut qui
ingrediuntur lumen uideant.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus
tuus fuerit simplex. totum corpus tuum lucidū
erit. Si autem nequam fuerit. & tam corpus tuū
tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te
est. tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lu
cidum fuerit. non habens aliquem partem tene
brarum. erit lucidum totum. Et sicut lucerna
fulgoris illuminabit te.

Et cum loqueretur. rogauit eum quidam pha
risaeus. ut prandiret apud se. Et ingressus recu
buit. Pharisaeus autem cepit intra se reputans
diceret quare non babtizatus esset ante prandiū.
Et ait dns ad illum. Nunc uos pharisei quod de
foris est calicis & catini mundatis. quod autem
intus est uram plenum est rapina & iniquitate.

Stulti nonne qui fecit quod deforis est · & iam
id quod deintus est fecit · Verumtamen quod
super est date elemosinam · & ecce omnia mun
da sunt uobis ·

L cxxxvi
T v
Ꝺ ccxxxvi
Sed uae uobis pharisei · quia decimatis mentam
& rutam & omne holus · & pretermittis iudicium
& caritatem di · Haec autem oportuit facere &
illa non omittere ·

L cxxxvii
T vi
Ꝺ ccxxxvii
A
Ꝺ cxxxv
Uae uobis pharisei · quia diligitis primas kathe
dras in synagogis · & salutationes in foro ·

L cxxxviii
T v
Ꝺ ccxxxvii
Vae uobis quia estis ut monumenta quę non pa
rent · & homines ambulantes supra nesciunt ·

L cxxxviii
T v
Ꝺ ccxxxviii
Respondens autem quidam ex legis peritis · ait illi ·
Magister · haec dicens & iam nobis contumeliam
facis · Ille aut · Et uobis legis peritis uae · quia
oneratis homines oneribus quę portari non pos
sunt · & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas ·

L cxl
T v
Ꝺ ccxxxix
Uae uobis qui ędificatis monumenta pphetarum ·
patres autem uri occiderunt illos · Profecto testi
ficamini quod consentitis operibus patrum uro-
quoquidem ipsi eos occiderunt · uos autem ędifi
catis eorum sepulchra ·

L cxli
T v
Ꝺ ccxl
Propterea & sapientia di dixit · Mittam ad illos
prophetas & apostolos & ex illis occident & pse-
quentur · ut inquiratur sanguis omnium pphe
tarum qui effusus est a constitutione mundi

agneratione ista·A sanguine abel usq; ad san
guinem zacharie·qui periit inter altare &
edem·Ita dico uobis·requiret ab hac generatione.

Ve uobis legis peritis·quia tulistis clauem
scientie·ipsi non introistis·& eos qui intro
ibant prohibuistis·

Hec dicente·ceperunt pharisei & legis pe
riti grauiter insistere & os eius oppri
mere·de multis insidiantes ei·& querentes ca
pere aliquid ex ore eius ut accusarent eum·
Multis autem turbis circumstantibus ita ut
se inuicem conculcarent·cepit dicere ad disci
pulos suos·

Attendite a fermento phariseorum·quod est
hypocrisis·

Nichil enim opertum est quod non reuelabi
tur·neq; absconditum quod non sciatur·quo
que in thalamis dixistis·in lumine dicentur·
& quod in aurem locuti estis in cubiculis·pre
dicabitur in tectis·Dico autem uobis amicis
meis·ne terreamini ab his qui occidunt corpus·
& post hec non habent amplius quid faciant·
Ostendam autem uobis quem timeatis·Timete
eum qui postquam occiderit·habet potestatem
mittere in gehennam·Ita dico uobis·hunc

timete. Nonne quinq; passeres ueneunt dipon
dio? Et unus ex illis non est in oblitione coram
deo. Sed & capilli capitis uri omnes numerati s.
Nolite ergo timere multis passeribꝫ pluris estis.
Dico autem uobis. Omnis quicunq; confessus
fuerit me coram hominibus & filius homi
nis confitebitur illo coram angelis dei.

Lexlvi
T ii
Cxciii
R
Clxxxvi

Qui autem negauerit me coram hominibus de
negabitur coram angelis dei.

Lexlvii
T ii
Cxxxiii
R
Cxxxviii

Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis
remittetur illi. Ei autem qui in spm scm blas
phemauerit non remittetur.

Lexlviii
T ii
Clxxxviii
R
Cexli

Cum autem inducent uos in synagogas & ad ma
gistratus & potestates. nolite solliciti esse quali
ter aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spc
enim scs docebit uos ipsa hora quid oporteat
dicere.

Lexlviii
X
Sclvi

Ait autem quidam de turba. Magister dic fratri
meo. ut diuidat mecum hereditatem. At ille
dixit ei. Homo. quis me constituit iudicem aut
diuisorem super uos. Dixitq; ad illos. Uidete &
cauete ab omni auaricia. quia non in abundan
tia cuiusquam uita eius est ex his que possidet.
Dixit autem similitudinem ad illos dicens.
Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager
attulit. & cogitabat intra se dicens. Quid faciã

quod non habeo quo congregem fructus meos.
Et dixit hoc faciam. Destruam horrea mea
& maiora faciam. & illuc congregabo omnia
que nata sunt mihi. & bona mea. & dicam ani
me mee. Anima habes multa bona posita in
annos plurimos. Requiesce. comede. bibe. epu
lare. Dixit autem illi ds. Stulte hac nocte
animam tuam repetunt a te. que autem para
ta erunt. Sic est qui sibi thesaurizat. &
non est in deum diues.

Dixit ad discipulos suos. Ideo dico uobis. noli
te solliciti esse anime quid manducetis. neq;
corpori quid uestiamini. Anima plus est quã
esca. & corpus quam uestimentum. Considerate
coruos quia non seminant neq; metunt. quib;
non est cellarium neq; horreum. & ds pascit illos.
Quanto magis uos pluris estis illis. Quis autem
uestrum cogitando potest adicere ad staturam
suam cubitum unum. Si ergo neq; quod mini
mum est potestis. quid de ceteris solliciti estis.
Considerate lilia quomodo crescunt. non labo
rant. non nent. Dico autem uobis. nec salomon
in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex
istis. Si autem fenum agri quod hodie in agro
est & cras in clibanum mittitur. ds sic uestit. quan
to magis uos pusillę fidei. Et uos nolite querere

quid manducetis aut quid bibatis & nolite in
sublime tolli. Haec enim omnia gentes mundi
quaerunt. Pater autem uester scit quo his indi
getis. Verumtamen quaerite regnum di & haec
omnia adicientur uobis.

Lel x s.lvs Nolite timere pusillus grex quia complacuit pa
tri uro dare uobis regnum.

Lel xi T ii œ excm. œ evm. Vendite quae possidetis & date elemosinam.
Facite uobis sacculos qui non ueterescunt thesau
rum non deficientem in celis quo fur non adpro
piat neq; tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus
uester est ibi & cor urm erit.

Lel xii x s.lvs Sint lumbi uri precincti & lucernae ardentes.
Et uos similes hominib; expectantib; dm suv
quando reuertatur a nuptiis. ut cum uenerit
& pulsauerit confestim aperiant ei.

Lel xv T v œ celxvi Beati serui illi quos cum uenerit dns inuenerit
uigilantes. Amen dico uobis quod precinget
se & faciet illos discumbere & transiens minis
trabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia &
si in tertia uigilia uenerit & ita inuenerit beati
sunt serui illi.

Lel xvi T vi œ celxvi. R œ elv Hoc autem scitote quo si sciret pater familias qua
hora fur ueniret uigilaret utiq; & non sineret
perfodiri domum suam. Et uos estote parati quia
qua hora non putatis filius hominis uenit.

Ait autem a petrus· Dñe·ad nos dicis hanc parabo
lam·an & ad omnes· Dixit autem dñs· Quis pu
tas est fidelis dispensator & prudens quem con
stituit dñs supra familiam suam·ut det illis in
tempore tritica mensuram· Beatus ille seruus·
quem cum uenerit dñs inuenerit ita facientẽ·
Uere dico uobis· quia supra omnia que possidet
constituet eum·
Quod si dixerit seruus ille in corde suo· moram fa
cit dñs meus uenire· & cęperit percutere pueros
& ancillas· & edere & bibere & inebriari· ueniet
dñs serui illius in die qua non sperat & hora qua
nescit & diuidet eam· partemq: eius cum infi
delibus ponet·
Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem
dñi sui & non preparauit & non fecit secundũ
uoluntatem eius· uapulabit multis· Qui autẽ
non cognouit & fecit digna plagis· uapulabit
paucis· Omni autem cui multum datum est·
multum quretur abeo· Et cui commendauc
runt multum· plus petent abeo·
Ignem ueni mittere in terram· & quid uolo· nisi
ut accendatur· Baptisma autem habeo bapti
zari· & quomodo coartor usq: dum perficiatur·
Putatis quia pacem ueni dare in terram· Non·
dico uobis· sed separationem· Erunt enim ex hoc

quinq; in domo una diuisi. Tres in duo. & duo in
tres diuidentur. Pater in filium. & filius in patrē
suum. Mater in filiam. & filia in matrem. Socrus
in nurum suam. & nurus in socrum suam.

Lclxi
T v
Q clxii

Dicebat autem & ad turbas. Cum uideritis nubē
orientem ab occasu statim dicitis. Imbres uenit.
& ita fit. & cum austrum flantem. dicitis quia
aestus erit. & fit. Hypocritæ. faciem cæli & terræ
nostis probare. hoc autem tempus quomodo non
probatis. Quid autem & a uobis ipsis non iudica
tis quod iustum est.

Lclxii
T v
Q xxxvi

Cum autem uadis cum aduersario tuo ad princi
pem in uia. da operam liberari abillo. ne forte tra
dat te apud iudicem. & iudex tradat te exac
tori. & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi.
non exies inde donec etiam nouissimum minu
tum reddas.

Lclxiii
x
Solus

DE RANSAVTEM

Erant autem quidam ipso in tempore nunciantes illi
de galilea. quorum sanguinem pilatus
miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens
dixit illis. Putatis quod hi galilei pre omnibus
galileis fuerunt peccatores. quia talia passi sunt.
Non. Dico uobis. sed nisi pœnitentiam habueri
tis omnes similiter peribitis. sicut illi decem &
octo supra quos cecidit turris in syloa. & occidit

eos· Putatis quia & ipsi debitores fuerunt pre
omnes homines habitantes in ierusalem· Non
Dico uobis· sed si non penitentiam egeritis om
nes similiter peribitis·

Dicebat autem hanc similitudinem· Arbor
fici habebat quidam plantatam in uinea sua·
& uenit quaerens fructum in illa· & non inuenit·
Dixit autem ad cultorem uineę· Ecce anni
tres sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficul
nea hac· & non inuenio· Succide ergo illam·
ut quid etiam terram occupat· At ille respon
dens dixit illi· Dñe· dimitte illam & hoc anno·
usq: dum fodiam circa illam & mittam stercora·
Et si quidem fecerit fructum· sin autem· in fu
turum succides eam· Erat autem docens in syna
goga eorum sabbatis· Et ecce mulier quę habe
bat spiritum infirmitatis annis decem & octo·
et erat inclinata· nec omnino poterat sursum
aspicere· Quam cum uidisset ihc uocauit ad se·
& ait illi· Mulier· dimissa es ab infirmitate tua·
Et imposuit illi manus· & confestim erecta est·
& glorificabat dm·

Respondens autem archisynagogus indignans
quia sabbato curasset ihc· dicebat turbę· Sex
dies sunt in quibus oportet operari· in his ergo
uenite & curamini· & non in die sabbati· Respon

dit autem autem ad illum dñs & dixit. hypo
crite. unusquisq; urm sabbato non soluit bo
uem suum aut asinum a presepio. & ducit ad
aquare. Hanc autem filiam abrahe quam
alligauit satanas ecce decem & octo annis non
oportuit solui a uinculo isto die sabbati.

Lclxvi
x
s.l.s

Et cum hec diceret. erubescebant omnes aduer
sarii eius. Et omnis populus gaudebat in uni
uersis que gloriose fiebant ab eo.

Lclxvii
vii
cc.xxxvii
R
cc.xl.iii

Dicebat ergo. Cui simile est regnum di. & cui simi
le esse existimabo illud. Simile est grano sina
pis. quod acceptum homo misit in hortum suu
& creuit. & factum est in arborem magnam. &
uolucres celi requieuerunt in ramis eius.

Lclxviii
T. V
cc.xxxviii

Et iterum dixit. Cui simile estimabo regnum di.
Simile est fermento quod acceptum mulier ab
scondit in farine sat. tria. donec fermentat totu.

Lclxvium
T. II
cc.lxxvi
R
cc.l.ii

Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens
in ierusalem.

Lclxx
T. V
cc.l.v

Ait autem illi quidam. Dne si pauci sunt qui sal
uantur. Ipse autem dixit ad illos. Contendite
intrare per angustam portam. quia multi dico
uobis querent intrare & non potuerunt.

Lclxxi
T. V
cc.l.x

Cum autem intrauerit pater familias & clauserit
ostium. & incipietis foris stare & pulsare ostium.
dicentes. dne aperi nobis. & respondens dicet

uobis· nescio uos unde sitis· tunc incipietis dicere· Manducauimus coram te & bibimus· & in platis nris docuisti· Et dicet uobis· Nescio uos unde sitis· Discedite ame omnes operarii iniquitatis· ubi erit fletus & stridor dentium·

Cum uideritis abraham ysaac & iacob & omnes pphetas in regno di· uos autem expelli foras· & uenient aborient & occident & aquilone & austro & accumbent in regno di·

Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi· & sunt primi qui erunt nouissimi·

In ipsa die accesserunt quidam phariseorum· dicentes illi· Exi & uade hinc· quia herodes uult te occidere· Et ait illis· Ite & dicite uulpi illi· Ecce eicio doemonia· & sanitates pficio hodie & cras· & tertia die consummor· Verumtamen oportet me hodie & cras & insequenti ambulare· quia non capit pphetam perire extra ierusalem·

Ierusalem ierusalem que occidis pphetas & lapidas eos qui mittuntur ad te· quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennis· & noluisti· Ecce relinquetur uobis domus ura deserta· Dico autem uobis· quia non uidebitis me donec ueniat cum dicatis· benedictus qui uenit in nomine dñi· XIIII

FACTVM EST

L clxxvi
S. l. S

Et factum est cum intraret in domum cuiusdam
principis pharisæorum sabbato manducare pa
nem · & ipsi obseruabant eum · Et ecce homo
quidam ydropicus erat ante illum ·

L clxxvii
T V
CO exev

Et respondens ihc · dixit ad legis peritos & phari
sæos dicens · Si licet sabbato curare · At illi tace
runt · Ipse uero apprehensum · sanauit eum ac
dimisit · Et respondens ad illos dixit · Cuius
ūm asinus aut bos in puteum cadet · & non con
tinuo extrahet illum die sabbati · Et non pote
rant ad hæc respondere illi ·

L clxxviii
S. l. S.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam · intē
dens quomodo primos accubitus eligerent · di
cens ad illos · Cum inuitatus fueris ad nuptias ·
non discumbas in primo loco · ne forte honora
tior te sit inuitatus a illo · & ueniens is qui te &
illum uocauit dicat tibi · Da huic locum · Et tunc
incipias cum rubore nouissimum locum tenere ·
Sed cum uocatus fueris · uade recumbe in nouis
simo loco · ut cum uenerit qui te inuitauit di
cat tibi · Amice · ascende superius · Tunc erit tibi
gloria · coram simul discumbentibus ·

L clxxviii
T V
CO cxxxi

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur · & qui se
humiliat exaltabitur ·

L clxxx
S. l. S

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat · Cum face
res prandium aut cenam · noli uocare amicos tuos ·

neq: fratres tuos neq: cognatos· neq: uicinos diui
tes· ne forte & ipsi te remunerent· & fiat tibi retribu
tio· Sed cum facis conuiuium· uoca pauperes· de
biles· claudos· caecos· & beatus eris· quia non habent
retribuere tibi· Retribuetur enim tibi in retribu
tione iustorum· Haec cum audisset quidam de si
mul discumbentibus· dixit illi· Beatus qui man
ducabit panem in regno di·
Et ipse dixit ei· Homo quidam fecit caenam mag
nam· & uocauit multos· Et misit seruum suum
hora caenae dicere inuitatis ut uenirent· quia iam
parata sunt omnia· Et coeperunt simul omnes ex
cusare· Primus dixit illi· Uillam emi· & necesse
habeo exire & uidere illam· Rogo te habe me ex
cusatum· Et alter dixit· Iuga boum emi quinq:
& co̅parare illa· Rogo te habe me excusatum·
Et alius dixit· Uxorem duxi· & ideo non possum
uenire· Et reuersus seruus· nunciauit haec domi
no suo· Tunc iratus pater familias· dixit seruo suo·
Exi cito in plateas & uicos ciuitatis· & pauperes
ac debiles· & caecos & claudos introduc huc· Et ait
seruus· Dñe· factum est ut imperasti· & adhuc loc̅us e-
Et ait dñs seruo· Exi in uias & sepes· & compelle
intrare· ut impleatur domus mea· Dico autem
uobis· quod nemo uirorum illorum qui uocati
sunt gustabit caenam meam·

Lclxxxiii
Ibant autem turbe multe cum eo· & conuersus
dixit ad illos· Si quis uenit ad me & non odit
patrem suum & matrem & uxorem & filios & frs
& sorores· adhuc autem & animam suam· non
potest meus esse discipulus· Et qui non baio
lat crucem suam & uenit post me· non potest
meus esse discipulus·

Lclxxxiii
Quis enim ex uobis uolens turrim aedificare· non
prius sedens computat sumptus qui necessarii s·
si habet ad pficiendum· ne postea quam posue
rit fundamentum & non potuerit pficere· oms
qui uident incipiant illudere ei dicentes· Quia
hic homo cepit edificare· & non potuit consum
mare· aut quis rex iturus committere bellum
aduersus alium regem· non sedens prius cogitat
si possit cum decem milibus occurrere ei qui cu
uiginti milibus uenit ad se· Alioquin adhuc
illo longe agente· legationem mittens rogat ea
que pacis sunt·

Lclxxxiiii
Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omib;
que possidet non potest meus esse discipl's·

Lclxxxv
BONUM EST SAL· ·XV·

Si autem sal quoq; euanuerit· in quo
condietur· neq; in terram· neq; in sterqui
linium utile est· sed foras mittetur· Qui habet
aures audiendi audiat·

Erant autem adppinquantes ei publicani & pec
catores: ut audirent illum. Et murmurabant
scribe & pharisei dicentes. Quia hic peccatores
recipit. & manducat cum illis.

Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex uo
bis homo qui habet centum oues. & si pdiderit
unam ex aliis. nonne dimittit nonaginta nouē
in deserto. & uadit ad illam que perierat donec
inueniat illam. Et cum inuenerit eam. impo
nit in humeros suos gaudens. & ueniens domum
conuocat amicos & uicinos dicens illis. Congra
tulamini mihi. quia inueni ouem meam quae
perierat. Dico uobis. quod ita gaudium erit in celo
sup uno peccatore penitentiam agente. quam
supra nonaginta nouem iustis qui non indigent
penitentia.

Aut qua mulier habens dragmas decem. si pdide
rit dragmam unam. nonne accendit lucernam
& uerrit domum. & querit diligenter donec
inueniat. Et cum inuenerit. conuocat amicas
& uicinas dicens. Congratulamini mihi. quia
inueni dragmam quam perdideram.

Ita dico uobis. gaudium erit coram angelis di sup
uno peccatore penitentiam agente.

Ait autem. Homo quidam habuit duos filios. &
dixit adolescentior ex illis patri. Pater. da mihi

portionem substantiæ quæ me contingit. Et di
uisit illis substantiam. Et non post multos dies
congregatis omnibus adolescentior filius peregre
profectus est in regionem longinquam. & ibi dissipa
uit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et
postquam omnia consummasset facta est fames
ualida in regione illa. & ipse cepit egere. Et abiit
& adhesit uni ciuium regionis illius. & misit il
lum in uillam suam. ut pasceret porcos. Et cupi
ebat implere uentrem suum de siliquis quas por
ci manducabant. & nemo illi dabat. In se autem
reuersus dixit. Quanti mercennarii in domo pa
tris mei abundant panibus. Ego autem hic fame
pereo. Surgam & ibo ad patrem meum. & dicam
illi. Pater. peccaui in celum & coram te. & iam n̄
sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum
de mercennariis tuis. Et surgens uenit ad patr̄e
suum. Cum autem adhuc longe esset uidit illū
pater ipsius & misericordia motus est. & accurrens
cecidit sup collum eius. & osculatus est eum. Dix
it q; ei filius. Pater. peccaui in celum & coram te.
iam non sum dignus uocari fili tuus. Dixit aut̄
pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam
& induite illum. & date anulum in manum eius.
& calciamenta in pedes. Et adducite uitulum sa
ginatum & occidite. & manducemus & epulem̄.

Quia hic filius meus mortuus fuerat & reuixit·
perierat & inuentus est· Et ceperunt epulari·
Erat autem filius eius senior· in agro· Et cum
ueniret & adpropinquaret domui· audiuit sym
phoniam & chorum· & uocauit unum de seruis·
& interrogauit quae haec essent· Ille dixit illi·
Frater tuus uenit· & occidit pater tuus uitulū
saginatum· quia saluum illum recepit· Indig
natus est autem· & nolebat introire· Pater ergo
illius egressus· coepit rogare illum· At ille respon
dens· dixit patri suo· Ecce tot annis seruio tibi·
& numquam mandatum tuum praeterui· &
numquam dedisti mihi hedum· ut cum amicis
meis epularer· Sed postquam filius tuus hic qui
deuorauit substantiam suam cum meretricibus
uenit· occidisti illi uitulum saginatum· At ipse
dixit illi· Fili· tu semper mecum es & omnia mea
tua sunt· Epulari autem & gaudere oportebat·
quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit· pe
rierat & inuentus est· Dicebat autem & ad disci
pulos suos· Homo quidam erat diues qui habe
bat uilicum· & hic diffamatus est apud illum·
quasi dissipasset bona ipsius· Et uocauit illum·
& ait illi· Quid hoc audio de te· Redde rationē
uilicationis tuae· iam enim non poteris uilicare·
Ait autem uilicus intra se· Quid faciam quia

dominus meus aufert a me ministerium· Fodere non valeo· mendicare erubesco· Scio quid faciam· ut cum amotus fuero a ministerio recipiant me in domos suas· Convocatis itaq; singulis debitoribus domini sui· dicebat primo· Quantum debes domino meo· At ille dixit· Centum cados olei· Dixitq; illi· Accipe cautionem tuam· & sede cito scribe quinquaginta· Deinde alii dixit· Tu vero quantum debes· Qui ait· Centum choros tritici· At illi· Accipe litteras tuas· & scribe octoginta· Et laudavit dns villicum iniquitatis· quia prudenter fecisset· quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt· Et ego vobis dico· Facite vobis amicos de mammona iniquitatis· ut cum defecerit recipiant vos in eterna tabernacula·

Qui fidelis est in minimo· & in maiori fidelis est· Et qui in modico iniquus est· & in maiori iniquus est· Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis· quod verum est quis credet vobis· Et si in alieno fideles non fuistis· quod vrm est quis dabit vobis·

Lectio
v
dxlvm

Nemo servus potest duobus dominis servire· Aut enim unum odiet & alterum diliget· Aut uni adherebit· & alterum contemnet· Non potestis deo servire· & mammone·

Iudicbant autem omnia hec pharisei qui erant auari · & deridebant eum · Et ait illis · Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus · ds autem nouit corda ura · quia quod hominibus altum est · abominatio est ante dm ·

Lex & pphete usq; ad iohannem · ex eo regnum dei euangelizatur · & omnis in illud uim facit ·

Facilius est autem celum & terram preterire · quã de lege unum apicem cadere ·

Omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alterã mechatur · Et qui dimissam a uiro ducit mechatur ·

XVI

HOMO QUIDAM ERAT diues & induebatur purpura & bysso · & epulabatur cotidie splendide · Erat aut quidam mendicus nomine lazarus · qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus · cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis · Sed & canes ueniebant · & lingebant ulcera eius · Factũ est autem ut moreretur mendicus · & portaretur ab angelis in sinum abrahe · Mortuus est autem & diues · & sepultus est in inferno · Et eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis uidit abraham a longe · & lazarum in sinu eius · Et ipse clamans dixit · Pater abraham miserere mei · & mitte lazarũ ut intinguat extremum digiti sui in aquam &

rctingatt linguam meam · quia crucior in hac
flamma · Et dixit illi abraham · fili · rtcordare
quia rtcepisti bona in uita tua · & lazarus similit
mala · Nunc autem hic consolatur · tu uero cruci
aris · Et in his omnibus inter nos & uos chaos
magnum firmatum est · vt hi qui uolunt hinc
transire ad uos non possint · neq; inde huc trans
meare · Et ait · Rogo ergo te pater · ut mittas
eum in domum patris mei · habeo enim quinq;
fratres · ut testetur illis ne & ipsi ueniant in locum
hunc tormentorum · Et ait illi abraham · Habent
moysen & pphetas · audiant illos · ¶ At ille dixit ·
Non pater abraham · sed si quis ex mortuis ierit ad
eos · poenitentiam agent · Ait autem illi · Si moy-
sen & pphetas non audiunt · neq; si quis ex mortu
is rtsurrexerit credent ·

Lexcvii
V
de lxxxviii
Et ad discipulos suos ait · Impossibile est ut non ueni
ant scandala · Vae autem illi p quem uenium ·
Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa col
lum eius & precipitatur in mare · quam ut scandalizet
unum de pusillis istis ·

Lexcviii
V
de lxxxix
Attendite uobis · Si peccauerit frater tuus in te repa
illum · & si poenitentiam egerit dimitte illi ·

Lexcviii
V
de lxxxvii
Et si septies in die peccauerit in te · & septies in die
conuersus fuerit ad te dicens · poenitet me · dimit

Lcc
V
de lxxxv
Et dixerunt apostoli dño · Adauge nobis fidem illi ·

fidem· Dixit autem dñs· Si habueritis fidem sic
granissinapis· dicertis huic arbori moro· eradica
re & transplantare immare· & obediret uobis·
Quis autem ur̃m habens seruum arantem aut pas
centem· qui regresso de agro dicat illi statim·
transi recumbe· & non dicet ei· Para quod cenem·
& precingere & ministra mihi donec manducē
& bibam· & post hec tu manducabis & bibes·
Numquid gratiam habet seruo illi quia fecit que
ei imperauerat· Non puto· Sic & uos cum feceritis
omnia que precepta sunt uobis· dicite· Serui in
utiles sumus· quod debuimus facere fecimus·
Et factum est Cum iret ierusalem· transibat
per mediam samariam & galilcam· Et cum in
gredertur quoddam castellum· occurrerunt ei
decem uiri leprosi· Qui steterunt alongc· & leua
uerunt uocem dicentes· Ihu preceptor· miserere
nostri· Quos ut uidit dixit· Ite· ostendite uos
sacerdotibus· Et factum est dum irent· munda
ti sunt· Vnus autem ex illis ut uidit quia mun
datus est· regressus est cum magna uoce magni
ficans dm· Et cecidit in faciem ante pedes eius·
gratias agens· Et hic erat samaritanus· Respondens
autem ihc dixit· Nonne decem mundati sunt·
& nouem ubi sunt· Non est inuentus qui rediret
& daret gloriam dō· nisi hic alienigena· Et ait illi·

Surge uade · quia fides tua te saluum fecit ·

Leeu
℣
℟ ccl v

Interrogatus autem a pharisæis · quando uenit
regnum dei · Respondit eis & dixit · Non uenit
regnum dei cum obseruatione · neq; dicent · Ecce
hic · aut ecce illic · Ecce enim regnum dei intra
uos est ·

Leeuu
℣
S. l v S

Et ait ad discipulos suos · Venient dies quando de
sidertis uidere unum diem filii hominis · & non
uidebitis ·

Leeuuu
℣ ii
℟ ccl uu
℟ exl uu

Et dicent uobis · Ecce hic · ecce illic · Nolite ire ·
neq; sectamini · Sicut enim fulgur coruscans de sub cælo micat que
sub cælo sunt fulget · ita erit filius hominis in
die sua ·

Leev
℣
℟ ccl vi

Leevi
℣ ii
℟ cl ui uu
℟ l xxx uu

Primum autem oportet illum multa pati ·
& reprobari a generatione hac ·

Leevii
℣
℟ ccl xi

Et sicut factum est in diebus noe · ita erit & in dieb:
filii hominis · Edebant & bibebant · uxores duce
bant · & dabantur ad nuptias · usq; in diem qua
intrauit noe in arcam & uenit diluuium
& perdidit omnes ·

Leeviii
℣
S. l v S

Similiter sicut factum est in diebus loth · Edebant
& bibebant · emebant & uendebant · plantabant
& ædificabant · Qua die autem exiit loth a sodo
mis pluit ignem & sulphur de cælo · & omnes p
didit · Secundum hæc erit qua die filius hom
inis reuelabitur ·

In illa hora qui fuerit in tecto & uasa eius in domo non descendat tollere illa. Et qui in agro simi liter non redeat retro.

Memor este uxoris loth.

Quicumq; quesierit animam suam saluam facere perdet eam. Et quicumq; perdiderit illam uiuificabit eam.

Dico uobis. In illa nocte erunt duo in lecto uno unus assumetur & alter relinquetur. Due erunt molentes in unum. una assumetur. & altera relinquetur. Duo in agro. unus assumetur. & alter relinquetur.

Respondentes dicunt illi. Ubi dñe. Qui dixit eis. Ubicumq; fuerit corpus. illuc congregabuntur

Dicebat autem & parabolam ad illos. quo oportet semper orare. & non deficere dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate qui deum non timebat. & hominem non reuerebatur. Uidua aut quedam erat in ciuitate illa. & ueniebat ad eum dicens. Uindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hec autem dixit intra se. Et si deum non timeo nec hominem reuereor. tamen quia molesta est mihi hec uidua uindicabo illam. ne in nouissimo ueniens suggillet me. Ait autem dñs. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electo-

suorum clamantium ad se die ac nocte · & patien
tiam habebit in illis · Dico uobis · quia cito faciet
uindictam illorum · Uerumtamen filius hom
inis ueniens putas inueniet fidem in terra ·
Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant
tamquam iusti & aspnabantur ceteros · parabo
lam istam · Duo homines ascenderunt in tem
plum ut orarent · unus pharisaeus & alter publi
canus · Pharisaeus stans · hec apud se orabat · Dñe
gratias ago tibi · quia non sum sicut ceteri homi
num · Raptores · iniusti · adulteri · uelut etiam
hic publicanus · Ieiuno bis in sabbato · decimas
do omnium quę possideo · Et publicanus alon
ge stans · nolebat nec oculos ad cęlum leuare · sed
percutiebat pectus suum dicens · Dñe · ppicius esto
mihi peccatori · Dico uobis · descendit hic iusti
ficatus in domum suam ab ipso ·

L ccxv
V
cc xxxi

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur · & qui se
humiliat exaltabitur ·

L ccxvi
ii
cc xcvii
ccvi

Offerebant autem ad illum & infantes · ut eos tan
gerit · Quod cum uiderent discipuli · increpabant
illos · Ihc autem conuocans illos dixit · Sinite pu
eros uenire ad me · & nolite eos uetare · talium
est enim regnum di ·

L ccxvii
ii
cc lxxviii
ccvi

Amen dico uobis · quicumq; non acceperit reg
num di sicut puer · non intrabit in illud ·

Et interrogauit eum quidam princeps dicens·
Magister bone·quid faciens uitam aeternam
possidebo· Dixit autem ei ihc· Quid me dicis
bonum· nemo bonus· nisi solus ds· Mandata
nosti· Non occides· non mechaberis· non fur
tum facies· non falsum testimonium dices· hono
ra patrem tuum & matrem· Qui ait· hec omia
custodiui a iuuentute mea·
Quo audito ihc ait ei· Adhuc unum tibi deest·
Omnia quecumq: habes uende & da pauperibꝰ·
& habebis thesaurum in celo· & ueni sequere me·
His ille auditis contristatus est· erat enim diues ualde· Videns autem ihc illum tristem factum· dixit·
Quam difficile qui pecunias habent intrabunt
in regnum di· Facilius est enim camelum per fora
men acus transire· quam diuitem intrare in regnum di· Et dixerunt qui audiebant· Et quis
potest saluus fieri· Ait illis· Que impossibilia sũ
apud homines· possibilia sunt apud deum· Ait
autem petrus· Ecce nos dimisimus omnia· &
secuti sumus te·
Qui dixit eis· Amen dico uobis· nemo est qui reliq̃t
domum aut parentes· aut fratres· aut uxorem
aut filios· propter regnum di· & non recipiat mul
to plura in hoc tempore· & in seculo uenturo
uitam eternam·

L ccxxxii
T ii
Ⓜ ccxi
A
Ⓜ cxxx

ASSVMPSIT AVTEM IHC ·XVII·
duodecim·& ait illis· Ecce ascendimus
ierosolimam·& consummabuntur omia
que scripta sunt p prophetas de filio hominis·
Tradetur enim gentibus & illudetur·& flagella
bitur·& conspuetur: Et postquam flagellauc
rint occident eum·& die tertia resurget·

L ccxxxiii
S. Luc
Et ipsi nihil horum intellexerunt·Et erat uerbū
istud absconditum ab eis·& non intellexerunt
que dicebantur·

L ccxxxiiii
T V
Ⓜ cc iiii
Factum est autem cum adpropinquaret iericho·
cecus quidam sedebat secus uiam mendicans·Et
cum audiret turbam pertransuntem·interroga
bat quid hoc esset·Dixerunt autem ei·quod
ihc nazarenus transiret·Et clamauit dicens·
IHV fili dauid miserere mei·Et qui precedebant·increpa
bant eum ut taceret·Ipse uero multo magis clamabat·fili dauid·
miserere mei·Stans autem ihc iussit eum adduci ad se·Et cum
adpropinquasset·interrogauit illum·dicens·Quid tibi uis faciam·
At ille dixit·Dne·ut uideam·Et ihc dixit ei·
Respice·fides tua te saluum fecit·Et confestim
uidit·& sequebatur illum magnificans deum·
Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo·

L ccxxxv
S. Luc
Et ingressus perambulabat iericho·Et ecce uir no
mine zacheus·& hic erat princeps publicanorū·
& ipse diues·Et querebat uidere ihm quis esset·
& non poterat pturba·quia statura pusillus erat·

Et prcurrens ascendit in arborem sicomo-
rum ut uideret illum · quia inde erat transiturus ·
Et cum uenisset ad locum · suspiciens ihc uidit
illum · & dixit ad eum · Zachee festinans descen
de · quia hodie in domo tua oportet me manc
re · Et festinans descendit · & excepit illum gau
dens · Et cum uiderent omnes murmurabant ·
dicentes quod ad hominem peccatorem diuer
tisset · Stans autem Zacheus · dixit ad dñm ·
Ecce dimidium bonorum meorum dne do pau
peribus · & si quid aliquem defraudaui · reddo
quadruplum · Ait ihc ad eum · Quia hodie sal⁹
domui huic facta est · eo quod & ipse filius sit abrahe ·
Venit enim filius hominis querere & saluum fa
cere quod perierat ·

xxvi
lvii

xxvii
lvi

Hec illis audientibus adiciens dixit parabolam
eo quod esset prope ierusalem · & quia existima
rent quod confestim regnum dei manifestaretur:

xxviii
clarum
lus

Dixit ergo · Homo quidam nobilis abiit in regi
onem longinquam · accipere sibi regnum & reuerti ·

xxviii
v
celxx

Vocatis autem decem seruis suis dedit illis decem
mnas · & ait ad illos · Negociamini dum uenio ·
Ciues autem eius oderant eum · & miserunt lega
tionem post illum dicentes · Nolumus hunc reg
nare super nos · Et factum est ut rediret accepto
regno · & iussit uocari seruos quibus dedit pecu

niam·ut sciret quantum quisq; negociatus esset·
Uenit autem primus dicens: Dñe·mna tua·decē
mnas adquisiuit· Et ait illi· Euge bone serue·
quia in modico fidelis fuisti·eris potestatem ha
bens sup decem ciuitates: Et alter uenit dicens:
Dñe·mna tua·fecit quinq; mnas· Et huic ait·
Et tu esto sup quinq; ciuitates· Et alter uenit di
cens: Dñe·ecce mna tua quam habui repositam
in sudario·timui enim te quia homo austeris es·
tollis quod non posuisti·& metis quod non semi
nasti· Dicit ei· De ore tuo te iudico serue nequam·
Sciebas quod ego auster homo sum·tollens quod
non posui·& metens quod non seminaui·Et quia
re non dedisti pecuniam meam ad mensam· Et
ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illud·
Et astantibus dixit·Auferte abillo mnam·& da
te illi qui decem mnas habet· Et dixerunt illi·
Dñe·habet decem mnas·

L ccxxx
D ccclxxi
A xl·

Dico autem uobis·quia omni habenti dabitur &
abundabit·abeo autem qui non habet &quod
habet auferetur abeo·

L ccxxxi
V ccclxxii

Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerunt
me regnare sup se·adducite huc & interficite an
te me· Et his dictis abiit ascendens ierosolimam·

L ccxxxii
D cccvi
A cxxvii

Et factum est cum adpropinquasset ad bethfage &
bethaniam ad montem qui uocatur oliueti·misit

duos discipulos suos dicens· Ite in castellum quod
contra uos est· In quod introeuntes inuenietis pul
lum asine alligatum· cui nemo unquam homi
num sedit· Soluite illum & adducite· Et si quis
uos interrogauerit· quare soluitis· Sic dicetis e·
Quia dñs operam eius desiderat·

xxxiii
i
c vii
xxviii

Abierunt autem qui missi erant· & inuenerunt sic
dixit illis stantem pullum· Soluentibus autem
illis pullum· dixerunt domini eius ad illos· Quid
soluitis pullum· Et illi dixerunt· Quia dñs eum
necessarium habet· Et duxerunt illum ad ihm·
& iactantes uestimenta sua super pullum imposu
erunt ihm· Eunte autem illo· substernebant
uestimenta sua in uia·

xxxiiii
i
c viii
xxviii

Et cum ad ppinquaret iam ad descensum montis
oliueti· ceperunt omnes turbe descendentium
gaudentes laudare deum uoce magna super omnib;
quas uiderant uirtutibus dicentes· Benedictus
qui uenit rex in nomine dñi· pax in celo· & glo
ria in excelsis·

xxxv
y
c xx viii

Et quidam pharisseorum de turbis· dixerunt ei·
Magister· increpa discipulos tuos· Quibus ipse ait·
Dico uobis· quia si hi tacuerint· lapides clamabunt·

xxxvi
f
l v5

Et ut ad ppinquauit· uidens ciuitatem fleuit super
illam dicens· Quia si cognouisses & tu· Et quidem
in hac die tua que ad pacem tibi· nunc autem

abſcondita ſunt aboculiſ tuiſ· Quia uenient dieſ
inte· & circumdabunt te inimici tui uallo· &
circumdabunt te & coangustabunt te undiq:
& ad terram pſternent te· & filios tuos qui in te ſ·
Lcexxxvii
Ycxlviii
Dcxxxvii
Et non relinquent in te lapidem ſup lapidem· eo
quod non cognoueriſ tempus uiſitationiſ tuę·
Lccxxxviii
Ycxlix
Dcxxxviii
Et ingreſſus in templum cępit eicere uendentes
Ilxxv
in illo & emente ſ· dicens illiſ· Scriptum eſt· quia
domuſ mea domuſ orationiſ eſt· Uos autem fecis
tiſ illam ſpeluncam latronum·
Lccxxxviiii
Ycl
Dcxxxviii
Ilxxv
Et erat docens cotidie in templo· Principes aut̃
ſacerdotum & ſcribę & principes plebiſ quærebant
illum pdere· & non inueniebant quid facerent
illi· Omniſ enim populuſ ſuſpenſus erat audiens
Lccxl
Yclxi
Dcxxxviii
Et factum eſt in una dierum docente ſ illum·
illo populum in templo & euangelizante· con
uenerunt principes ſacerdotum & ſcribę cum
ſenioribuſ· & aiunt dicentes ad illum· Dic nob
in qua poteſtate hęc facis· aut quiſ eſt qui dedit
tibi hanc potestatem· Reſpondens autem dix̃
ad illoſ· Interrogabo uoſ & ego unum uerbum·
reſpondete mihi· Baptiſmum iohannis de ęlo
erat· an ex hominibuſ· ſ At illi cogitabant inter
ſe dicentes· Quia ſi dixerimuſ de ęlo· dicet nob·
Quare ergo non credidiſtis illi· Si autem dixeri
muſ ex hominibuſ· plebs uniuerſa lapidabit nos·

Certi sunt enim iohannem ꝓphetam esse· Et
rnderunt se nescire unde esset· Et ihc ait
illis· Neq; ego dico uobis· in qua potestate
hec facio·

Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc·
Homo plantauit uineam· & locauit eam colo
nis· & ipse peregre fuit multis temporibus· Et
in tempore misit ad cultores seruum· ut de fruc
tu uineę darent illi· Qui cesum dimiserunt eū
inanem· Et addidit alterum seruum mittere·
Illi autem hunc quoq; cedentes & afficientes con
tumelia dimiserunt inanem· Et addidit tertiū
mittere· Qui & illum uulnerantes eiecerunt·
Dixit autem dominus uineę· Quid faciam· mit
tam filium meum dilectum· forsitan cum hunc
uiderint uerebuntur· Quem cum uidissent co
loni· cogitauerunt inter se dicentes· Hic est he
res· occidamus illum ut nr̄a fiat hereditas· Et
eiectum illum extra uineam occiderunt· Quid
ergo faciet illis dominus uineę· Ueniet & perdet
colonos istos· & dabit uineam alis· Quo audito
dixerunt illi· Absit· Ille autem aspiciens eos ait·
Quid est ergo hoc quod scriptum est· Lapidem
quem reprobauerunt edificantes· hic factus ē
in caput anguli· Omnis qui ceciderit sup illum
lapidem conquassabitur· Super quem autem

ceciderit·comminuet illum·

L ccxlii
T i
Ꝯ ccxx
R
Ꝯ cxxxvii
J lxxxviii

Et quærebant principes sacerdotum & scribe mittere in illum manus illa hora·& timuerunt pplm·
Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam·

L ccxliii
T ii
Ꝯ ccxxx
R
Ꝯ cxxx

XVIII·

OBSERVANTES misserunt insidiatores qui se iustos simularent·vt caperent eum in sermone·& traderent eū principatui & potestati præsidis· Et interrogauerunt illum dicentes·Magister·scimus quia recte dicis & doces·& non accipis psonam·sed in ueritate uiam di doces·Licet nobis dare tributum cæsari annon·Considerans autem dolum illorum·dixit ad eos·Quid me temptatis hypocritæ· Ostendite mihi denarium·Cuius habet imaginē & inscriptionem·Respondentes dixerunt·Cæsaris·Et ait illis·Reddite ergo quæ cæsaris sunt cæsari·& quæ dei sunt deo·Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe·& mirati sunt in responso eius tacuerunt·¶Accesserunt autem quidam saduccorum qui negant esse resurrectionem·& interrogauerunt eum dicentes·Magister·moyses scripsit nobis·si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem·& hic sine filiis fuerit·ut accipiat eam frater eius uxorem·& suscitet semen fratri suo· Septem ergo fratres erant·

& primus accepit uxorem & mortuus est sine filiis·
Et sequens accepit illam·& ipse mortuus est sine
filio· Et tertius accepit eam· Similiter & omnes
septem·& non reliquerunt semen·& mortui sunt·
Nouissima omnium mortua est & mulier· In re
surrectione ergo cuius eorum erit uxor:" Siqui
dem septem habuerunt eam uxorem· Et ait illis
ihc· Filii huius seculi nubunt & traduntur ad
nuptias· Illi uero qui digni habebuntur seculo
illo & resurrectione ex mortuis neq; nubunt
neq; ducunt uxores· neq; enim ultra mori pote
runt· aequales enim angelis sunt·& filii sunt di·
cuntur filii resurrectionis· Quia uero resurgant
mortui & moyses ostendit secus rubum· sicut
dicit· Dñm dm abraham·& dm ysaac·& dm iacob·
Deus autem non est mortuorum sed uiuorum·
Omnes enim uiuunt a· Respondentes autem qui
dam scribarum dixerunt· Magister· bene dixisti·
Et amplius non audebant eum quicquam
interrogare·
Dixit autem ad illos· Quomodo dicunt xpm filiu
dauid esse·" Et ipse dauid dicit in libro psalmorū·
Dixit dns dno meo sede ad extris meis· donec po
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum·
Si dauid ergo dnm illum uocat· quom filius eius est·"
Audiente autem omni populo· dixit discipulis

sius. Attendite a scribis qui uolunt ambulare
in stolis. & amant salutationes in foro. & primas
kathedras in synagogis. & primos discubitus
in conuiuiis.

Lccxlvii g viii ꝯ cxxxvi Qui deuorant domos uiduarum similiter lon
gam orationem. hi accipient maiorem damna
tionem. Respiciens autem uidit eos qui mit
tebant munera sua in gazophilacium diuites.
Vidit autem & quandam uiduam pauperculã
mittentem aera minuta duo. & dixit. Vere dico
uobis. quia uidua hec pauper plus quam oẽs
misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi mise
runt munera. hec autem ex eo quod deest illi om
nem uictum suum quem habuit misit.

Lccxlviii vii ꝯ ccxlii g ꝯ cxxxvii Et quibusdam dicentibus de templo quod lapi
dibus bonis & donis ornatum esset. dixit. Hec
que uidetis uenient dies in quibus non relinque
tur lapis super lapidem qui non destruatur.

Lccxlviii vii ꝯ ccxlii g ꝯ cxxxviii Interrogauerunt autem illum dicentes. Prece
tor. quando hec erunt. & quod signum cum
fieri incipient. Qui dixit. Videte ne seducamini.
Multi enim uenient in nomine meo dicentes.
Quia ego sum. & tempus adpropinquauit. Noli
te ergo ire post illos. Cum autem audieritis prelia
& seditiones. nolite terreri. Oportet primum hec
fieri. sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Sur

gt gens contra gentem & regnum aduersus regnum · & terremotus magni erunt per loca · & pestilentie & fames · terroresq; de cęlo · & signa magna erunt ·

Sed ante hęc omnia · mittent uobis manus suas & persequentur uos tradentes in synagogas & custodias · trahentes ad reges & presides propter nomen meum · Continget autem uobis in testimonium ·

Ponite ergo in cordibus uestris non premeditari quemadmodum respondeatis · Ego enim dabo uobis os & sapientiam · cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii uri · Trademini autem a parentibus & fratribus & cognatis & amicis · & morte afficient ex uobis · Et eritis odio omnibus propter nomen meum · Et capillus de capite uro non peribit · In patientia ura possidebitis animas uras ·

Cum autem uideritis circumdari ab exercitu hierusalem · tunc scitote quia adpropinquabit desolatio

Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes · & qui in medio eius discedant · & qui in regionibus non intrent in eam · quia dies ultionis hi sunt · ut impleantur omnia quae scripta sunt ·

Vae autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus ·

Erit enim pressura magna super terram · & inplo

Et cadent in ore gladii · & captiui ducentur in

omnes gentes. Et ierusalem calcabitur a gentib;
donec implentur tempora nationum.

Lectio
xi
Secunda
Et erunt signa in sole & luna & stellis. Et in terris
pressura gentium p confusione sonitus maris &
fluctuum. Arescentibus hominibus pre timore
& expectatione que supuenient uniuerso orbi.
Nam uirtutes celorum mouebuntur.

Lectio
xii
Tertia
Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in
nube cum potestate magna & maiestate. His
autem fieri incipientibus respicite & leuate ca
pita uestra. quo ad propinquat redemptio uestra.
Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam
& omnes arbores cum producunt iam ex se fructū
scitis quo prope est estas. Ita & uos cum uideritis
hec fieri scitote quo prope est regnum dei. Amen
dico uobis. quia non preteribit generatio hec
donec omnia fiant. Celum & terra transibunt.
uerba autem mea non transibunt.

Lectio
x
Sexta
Attendite autem uobis ne forte grauentur corda
uestra in crapula & ebrietate & curis huius uite.
& supueniat in uos repentina dies illa. Tamquā
laqueus enim supueniet in omnes qui sedent
super faciem omnis terre. Vigilate itaq; omni tem
pore orantes ut digni habeamini fugere ista
omnia que futura sunt. & stare ante filium ho
minis. Erat autem diebus docens in templo.

noctibus uero exiens morabatur in monte qui
uocatur oliueti· Et omnis populus manicabat
ad eum in templo audire eum· ·XXVI
P·P·PINQVA VIA AVTEM
dies festus azimorum qui dicitur pascha·
Et quærebant principes sacerdotum & scribæ
quomodo eum interficerent· Timebant uero plebem·
Intrauit autem satanas in iudam qui cognomi
natur scarioth unum de duodecim·
Et abiit & locutus est cum principibus sacerdotum
& magistratibus· quemadmodum illum trade
ret eis· Et gauisi sunt· & pacti sunt pecuniam
illi dare· Et spopondit· Et quærebat oportu
nitatem ut traderet eum sine turbis· Venit autem
dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha·
& misit petrum & iohannem dicens· Euntes
parate nobis pascha· ut manducemus· At illi
dixerunt· Vbi uis paremus· Et dixit ad eos·
Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem· occurret
uobis homo amphoram aquæ portans· sequimi
ni eum in domum in quam intrat· & dicetis patri
familias domus· Dicit tibi magister· Vbi est di
uersorium· ubi pascha cum discipulis meis man
ducem· Et ipse uobis ostendet cenaculum mag
num stratum· & ibi parate· Euntes autem inue
nerunt sicut dixit illis· & parauerunt pascha·

Lectio
·VIIII·
Lxxiii &
cxxviii

Et cum facta esset hora discubuit · & duodecim
apostoli cum eo ·

Lcclxxiii
S ol vS

Et ait illis · Desiderio desideraui hoc pascha man
ducare uobiscum · antequam patiar ·

Lcclxv
T m
D eclxxv
S
D elxvi

Dico enim uobis · quia ex hoc non manducabo il
lud · donec impleatur in regno di · Et accepto
calice gratias egit & dixit · Accipite · & diuidite
inter uos · Dico enim uobis · quod non bibam
de generatione uitis · donec regnum di ueniat ·

Lcclxvi
T i
D eclxxviii
S
D elxv
I lxvi & lv &
lxvii

Et accepto pane gratias egit & fregit · & dedit eis
dicens · Hoc est corpus meum quod pro uobis da
tur · hoc facite in meam commemorationem ·

Lcclxvii
T ii
D eclxxv
S
D elxvi

similiter & calicem postquam cenauit dicens ·
Hic est calix nouum testamentum in sanguine
meo · qui pro uobis fundetur ·

Lcclxviii
T ii
D eclxxvi
S
D elxvi

Verumtamen ecce manus tradentis me · mecum est
in mensa · Et quidem filius hominis secundum
quod definitum est uadit · Verumtamen uae illi
homini per quem tradetur ·

Lcclxviii
T ii
D eclxxx
S
D elxvi

Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui
hoc facturus esset ·

Lcclxx
T
D eclxx
S
D elxvii

Facta est autem & contentio inter eos · quis eorum
uideretur esse maior · Dixit autem eis · Reges gen
tium dominantur eorum · & qui potestatem
habent super eos benefici uocantur · Vos autem non
sic · Sed qui maior est in uobis fiat sicut iunior ·

& qui precessor est sicut ministrator:

Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat: nonne qui recumbit: Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis: & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israhel.

Ait autem dñs Symon symon ecce satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogaui ut non deficiat fides tua.

Et tu aliquando conuersus confirma fres tuos.

Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter abnegues nosse me.

Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis numquid aliquid defuit uob. At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram. Et qui non habet uendat tunicam suam & emat gladium.

Dico enim uobis quo adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. & quod cum iniquis

depurtatus est. Etenim ea quę sunt de me finem habent.

Lccl xxviii
Solus

Ait illi dixerunt. Dñe. ecce gladii duo hic.
At ille dixit. Satis est.

Lccl xxviii
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

Et egressus ibat secundum consuetudinem in
montem oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipli-

Lccl xxix
Duo ex eis
Duo erunt

Et cum puenisset ad locum. dixit illis. Orate. ne
intretis in temptationem.

Lccl xxx
Duo ex eis
Duo erunt

Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapi
dis. & positis genibus orabat dicens.

Lccl xxxi
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

Pater si uis. transfer calicem hunc a me. Uerumta
men non mea uoluntas. sed tua fiat.

Lccl xxxii
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

Apparuit autem illi angelus de cęlo confortans eum.
& factus in agonia. plixius orabat. Et factus est

Lccl xxxiii
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in ter-
ram. Et cum surrexisset ab oratione & uenisset ad disci-

Lccl xxxiv
Duo ex eis
Duo erunt

pulos suos. inuenit eos dormientes pre tristicia.
& ait illis. Quid dormitis. Surgite orate. ne intre

Lccl xxxv
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

tis in temptationem. ·x x·

Adhuc eo loquente.

Lccl xxxvi
Duo ex eis
Duo erunt

ecce turba & qui uocabatur iudas unus
de duodecim antecedebat eos. Et ad ppinqua

Lccl xxxvii
Duo ex eis
Duo erunt

uit ihv. ut oscularetur eum.
Ihc autem dixit illi. Iuda osculo filium
hominis tradis.

Lccl xxxviii
Duo ex eis
Duo erunt
Solus

Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod fu
turum erat. dixerunt ei. Dñe. si percutimus in gladio.

Et percussit unus exillius seruum principis sacerdo
tum · & amputauit auriculam eius dextram ·
Respondens autem ihc ait · Sinite usq; huc ·
Et cum tetigisset auriculam eius · sanauit eum ·
Dixit autem ihc ad eos qui uenerant ad se princi
pes sacerdotum · & magistratus templi · & semo
res · Quasi ad latronem existis cum gladiis &
fustibus · cum cotidie uobiscum fuerim in templo
non extendistis manus in me · Sed hec est hora
uestra · & potestas tenebrarum ·
Comprehendentes autem eum duxerunt ad domũ
principis sacerdotum ·
Petrus uero sequebatur alonge · Accenso autem
igni in medio atrio & circumsedentibus illis ·
erat petrus in medio eorum · Quem cum uidisset
ancilla quedam sedentem ad lumen & eum fixis
set intuita · dixit · Et hic cum illo erat ·
At ille negauit eum dicens · Mulier · non noui illũ ·
Et post pusillum · alius uidens eum dixit · Et tu
de illis es · Petrus uero ait · O homo non sum · Et in
teruallo facto quasi hore unius · alius quidam
affirmabat dicens · Vere · & hic cum illo erat · nam
& galileus est · Et ait petrus · Homo · nescio quid
dicis · Et continuo adhuc illo loquente ·
cantauit gallus ·
Et conuersus dñs respexit petrum · Et recordatus

est petrus uerbi dñi sicut dixerat· quia priusquã
gallus cantet ter me negabis· Et egressus foras petrus
flauit amare·

Lcexcvi
Tcccxxii
Dcxxxii
Jclxxxvi

Et uiri qui tenebant illum illudebant ei cedentes
& uelauerunt eum & percutiebant faciem eius·
& interrogabant eum dicentes· Prophetiza· quis
est qui te percussit· Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum·

Lccxcv
Tcccxxiii
Dcxxxiii

Et ut factus est dies conuenerunt seniores plebis
& principes sacerdotum & scribe· & duxerunt
eum in concilium suum dicentes· Si tu es xp̃s dic
nobis·

Lccxcvi
Mclvi

Et ait illis· Si uobis dixero non credetis mihi· Si autẽ
& interrogauero non respondebitis mihi·
neq: dimittetis·

Lccxcvii
Tcccx
Dcxxxiii
Jclxxxvii

Ex hoc autem· erit filius hominis sedens ad dexteram
uirtutis dei·

Lccxcviii
Mclvii

Dixerunt autem omnes· Tu ergo es filius dei· Qui ait·
Vos dicitis· quia ego sum·

Lccxcviii
Tcccxi
Dcxxxiii

At illi dixerunt· Quid ad huc desideramus testimo
nium· Ipsi enim audiuimus de ore eius·

Lccc
Tcccxxiii
Dcxxxiii
Jclxxxvi

Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt
illum ad pilatum·

Lccci
Mclvii

Cperunt autem accusare illum dicentes· Hunc
inuenimus subuertentem gentem nr̃am· & pro
hibentem tributa dari cesari· & dicentem
se xp̃m regem esse·

Pilatus autem interrogauit eum dicens· Tu es rex iudeorum· ℣t ille respondens ait· Tu dicis·

℣t autem pilatus ad principes sacerdotum & turbas· Nihil inuenio cause in hoc homine·

At illi inualescebant dicentes· Commouet populũ docens per uniuersam iudeam· & incipiens a galilea usq; huc· Pilatus autem audiens galileam interrogauit si homo galileus esset· Et ut cognouit quod de herodis potestate esset remisit eum ad herodem· qui & ipse ierosolimis erat illis diebus· Herodes autem uiso ihu gauisus est ualde· Erat enim ex multo tempore cupiens uidere eum eo quod audierat multa de illo· & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri· Interrogabat autem illum multis sermonibus· ℣t ipse nihil illi respondebat·

Stabant etiam principes sacerdotum & scribe constanter accusantes eum·

Sprouit autem illum herodes cum exercitu suo· & illusit indutum uestem alba & remisit ad pilatum· Et facti sunt amici herodes & pilatus in ipsa die· Nam antea inimici erant ad inuicem·

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe· dixit ad illos· Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem ppm· & ecce ego coram uobis interrogans nullam causã

L ccc xiii
T i
ꝺ ccc xxxvi
R
ꝺ cc v
I cxciii

L ccc xiiii
T ii
ꝺ ccc xxxvii
R
ꝺ cc vi
I cxciiii

L ccc x
T i
ꝺ ccc xxxv
R
ꝺ cc iiii
I clxxxxiiii

L ccc xi
T i
ꝺ ccc xxxvi
R
ꝺ cc v
I clxxxxv

L ccc xii
T iiii
I clxxxxvi

L ccc xiii
T i
ꝺ ccc xxxvi
R
ꝺ cc v
I cxciiii

L cc xiiii
T ii
ꝺ ccc xxxviii
R
ꝺ cc vi
I cxcvi

L ccc xv
T i
ꝺ ccc xxxvi
R
ꝺ cc viii
I cxcvii

L ccc xvi
T ii
I cxcviii

inuenι in homine isto exhis inquib; aim accusatis·
Sed neq; herodes· Nam remisi ad illum· & ecce nihil
dignum morte actum est ei·
Emendatum ergo illum dimittam· Necesse aut̃
habebat dimittere eis p diem festum unum·
Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens·
Tolle hunc· & dimitte nobis barabban· Qui erat
p̃pter seditionem quandam factam in ciuitate
& homicidium missus in carcerem·
Iterum autem pilatus locutus est ad illos· uolens
dimittere ihm· At illi succlamabant dicentes·
Crucifige· crucifige illum·
Ille autem tercio dixit ad illos· Quid enim mali
fecit iste· Nullam causam mortis inuenio in eo·
Corripiam ergo illum & dimittam·
At illi instabant uocibus magnis postulantes ut
crucifigatur· Et inualescebant uoces eorum·
Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum·
Dimisit autem illis eum qui p̃pter homicidium
& seditionem missus fuerat in carcerem quem pe
tebant· ihm uero tradidit uoluntati eorum·
Et cum ducerent eum· apprehenderunt symon̄
quendam cyrenensem uenientem de uilla· & im
posuerunt illi crucem portare post ihm·
Sequebatur autem illum turba multa populi &
mulierum quę plangebant & lamentabantur

cum· Conuersus autem ad illas ihc dixit· filie
ierusalem· nolite flere supme· sed supuos ipsas
flete & supfilios uros· quo ecce uenient dies in
quibus dicent· Beate steriles & uentres que non
genuerunt· & ubera que non lactauerunt·
Tunc incipient dicere montibus cadite supnos·
& collibus operite nos· Quia si in uuidi ligno hec
faciunt· in arido quid fiet·
Ducebantur autem & alii duo ntiquam cum eo
ut interficerentur·
Et postquam uenerunt in locum qui uocatur
caluarie· ibi crucifixerunt eum·
Et latrones unum ad extris & alterum a sinistris·
Ihc autem dicebat· Pater· dimitte illis·
non enim sciunt quid faciunt·
Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes·
Et stabat populus expectans·
Et deridebant illum principes cum eis dicentes·
Alios saluos fecit· se saluum faciat si hic est
xpc dei electus·
Illudebant autem ei & milites accedentes & acc
tum offerentes illi dicentes· Si tu es rex iudeoz
saluum te fac·
Erat autem & superscriptio scripta sup illum lit
ris grecis & latinis & hebraicis· Hic est rex iudeoz·
Unus autem de his qui pendebant latronibus

L ccc xxviii
T i
D ccc xxxvi
B
D cc xv
I c xc viii

blasphemabat eum dicens· Si tuꝰ xp̃c· saluum
fac temetipsum & nos·

L ccc xxvi
S o l v s

Respondens autem alter increpabat illum dicens·
Neq: tu times dm· quod in eadem damnatione
es·· Et nos quidem iuste· nam digna factis recipi
mus· hic uero nihil mali gessit· Et dicebat ad
ihm· Dñe· memento mei dum ueneris in regnũ
tuum· Et dixit illi ihc· Amen dico tibi· hodie
mecum eris in paradyso·

L ccc xxvii
☉ ii ccc xl
☾ ccc xx

Erat autem fere hora sexta· & tenebre facte sunt
in uniuersa terra usq: in horam nonam· & obscu
ratus est sol·

L ccc xxviii
☉ ii ccc xl um
☾ ccc xxviii

Et uelum templi scissum est medium·

L ccc xxix
☉ ii ccc xl vi
☾ ccc xxv

Et clamans uoce magna ihc ait· Pater in manus
tuas commendo spm meum· Et hec dicens expirauit·
Uidens autem centurio quod factum fuerat glori
ficauit dm dicens· Uere· hic homo iustus erat·

L ccc xxx
S o l v s

Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spec
taculum istud & uidebant que fiebant· percu
tientes pectora sua reuertebantur· Stabant au
tem omnes noti eius a longe· & mulieres que se
cute erant cum a galilea· hec uidentes·

L ccc xxxi
☉ ii ccc xl viii
☾ ccc xxix
I cc vi

Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir
bonus & iustus· hic non consenserat consilio &
actibus eorum a barimathia ciuitate iudee· qui
expectabat & ipse regnum dei· hic accessit ad

pilatum · & petiit corpus ihv ·

Et depositum inuolutum sindone · & posuit eum
in monumento excisso · in quo nondum quis
quam positus fuerat ·

Et dies erat parasceues · & sabbatum illucescebat ·
Subsecute autem mulieres que cum ipso uene
rant de galilea uiderunt monumentum · &
quemadmodum positum fuerat corpus eius ·

Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta ·
& sabbato quidem siluerunt secundum mandatum ·

Una autem sabbati ualde diluculo ueenerunt ad mo
numentum portantes que parauerant aromata ·
& inuenerunt lapidem reuolutum a monumen
to · Et ingressi non inuenerunt corpus dni ihu ·

Et factum est dum mente consternate essent
de isto · ecce duo uiri steterunt secus illas in uesti
menti fulgenti ·
Cum timerent ille & declinarent uultum in terram · dixerunt ad illas · Quid que
ritis uiuentem cum mortuis · non est hic · sed
surrexit · Recordamini qualiter locutus fuit uo
bis cum adhuc in galilea esset · dicens · Quia opor
tet filium hominis tradi in manus hominum
peccatorum · & crucifigi · & die tertia resurgere ·

Et recordate sunt uerborum eius · ·

Et regresse a monumento nunciauerunt hec om
nia illis undecim & ceteris omnibus ·

L eccxxxvii
M ccc l iii
D ccxxxiii

L xxxvi
S. Luc

Erat autem maria magdalene & iohanna · & maria
iacobi · & ceteræ quæ cum eis erant quæ dicebant
ad apostolos hæc · Et uisa sunt ante illos sicut
deliramenta uerba ista · & non credebant illis ·
Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum ·
& prumbens uidit linteamina sola posita · & ab
it secum mirans quod factum fuerat · Et ecce
duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat
in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem · no
mine emmaus · Et ipsi loquebantur ad inuicem
de his omnib; quæ acciderant · Et factum est dum
fabularentur & secum quærerent · & ipse ihc ad
propinquans ibat cum illis · Oculi autem illorum
tenebantur · ne eum agnoscerent · Et ait ad illos ·
Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem
ambulantes · & estis tristes · Et respon
dens unus cui nomen cleopas · dixit ei · Tu solus
peregrinus es in hierusalem · & non cognouisti quæ
facta sunt in illa his diebus · Quibus ille dixit ·
Quæ · Et dixerunt · De ihu nazareno · qui fuit uir
propheta potens in opere & sermone coram deo &
omni populo · Et quomodo tradiderunt eum
summi sacerdotes & principes nri in damnationem
mortis · & crucifixerunt eum · Nos autem sperabā
mus · quia ipse esset redempturus israhel · Et nunc
super hæc omnia · tertia dies est hodie quod hæc facta s ·

Sed & mulieres quedam ex nris terruerunt nos· que
ante lucem fuerunt ad monumentum· & non in
ueto corpore eius ueneruntdicentes se etiam uisi
onem angelorum uidisse· qui dicunt eum uiuere·
Et abierunt quidam ex nris ad monumentum·
& ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt· ipsum
uero non inuenerunt· Et ipse dixit ad eos· O stulti
& tardi corde ad credendum· in omnib; que locuti
sunt pphe· Nonne hec oportuit pti xpm· & ita
intrare in gloriam suam· Et incipiens a moyse &
omnib; pphetis· interpretabatur illis in omnibus
scripturis que de ipso erant· Et ad ppinquauerunt
castello quo ibant· & ipse se finxit longius ire·
Et coegerunt illum dicentes· Mane nobiscum quo
aduesperascit· & inclinata ē iam dies· Et intrauit
cum illis· Et factum ē dum recumberet cum illis·
accepit panem & benedixit ac fregit· & porrigebat
illis· Et aperte s oculi eorū & cognouerunt eum· &
ipse euanuit ex oculis eorum· Et dixerunt ad in
uicem· Nonne cor nrm ardens erat in nobis dum
loqueretur in uia· & aperiret nobis scripturas· Et
surgentes eadem hora regressi s in ierlm· & inuenē
congregatos undecim· & eos qui cum ipsis erant
dicentes· quod surrexit dns uere· & apparuit symoni·
Et ipsi narrabant que gesta erant in uia· & quo
modo cognouerunt eum in fractione panis·

Lecc xl
Lecc xlviii
Lecc xlix

Cum hec autem loquerentur · ihc stetit in medio eorũ ·
& dicit eis · Pax uobis · Ego sum · nolite timere · Con
turbati uero & conterriti · existimabant se spm uide
re · Et dixit eis · Quid turbati estis · & cogitationes
ascendunt in corda ura · Videte manus meas & pe
des · quia ipse ego sum · Palpate & uidete · quia spс
carnem & ossa nõ habet · sicut me uidetis habere · Et
cum hoc dixisset · ostendit eis manus & pedes ·
Lecc xlix
Lecc xxxi
Adhuc autem illis non credentib; & mirantib; pre
gaudio · dixit · Habetis hic aliquid qd manducetur ·
At illi obtulerunt ei partem piscis assi · & fauum
mellis · Et cum manducasset coram eis · sumens
reliquias dedit eis ·
Lecc xlix
Lecc xlv
Et dixit ad eos · Hec s uerba que locutus sum ad uos ·
cum adhuc essem uobiscũ · quõ necesse est impleri
omnia que scripta s in lege moysi · & pphetis &
psalmis de me · Tunc aperuit illis sensum ut intel
legerent scripturas · Et dixit eis · Quõ sic scriptum
est · & sic oportebat pati xpm · & resurgere a mor
tuis die tertia · & predicari in nomine eius pe
nitentiam & remissionem peccatorum in omnes
gentes · incipientibus ab ierosolima · Vos autem
estis testes horum · & ego mitto promissum patris
mei in uos · Vos autem sedete in ciuitate · quoad
usq; induamini uirtute exalto · Eduxit autẽ
eos foras in bethaniam · & eleuatis manibus suis

benedixit eis· Et factum est dum benedicerit
illis recessit ab eis & ferebatur in celum· Et ipsi
adorantes regressi sunt in hierusalem cum gaudio
magno· & erant semp in templo laudantes &
benedicentes dñm· EXPLICIT EVANGELIUM
SECUNDUM LUCAM·

INCIPIT PRIEFATIO SCĪ
IOHANNIS·

IGESTIO IOHANNES
EVANGELISTA UNUS EX DISCI
pulis di· qui uirgo electus a dño e-
quem de nuptiis uolentem nubere
uocauit dñs· Cui uirginitatis in hoc duplex testi
monium in euangelio datur quod & pcrtis
dilectus a dño dicitur· Et huic matrem suam de
cruce commendauit dñs· ut uirgo uirginem
seruaret· Denique manifestans in euangelio quod
erat ipse incorruptibilis uerbi opus in hoans sol
uerbum carnem factum esse· nec lumen tenebris
comprehensum fuisse testatur· Primum signum
ponens quod in nuptiis fecit dñs· ut ostendens quod
erat ipse legitimus demonstraret Quod ubi dñs
mutatur deficere nuptiarum uinum debet·
ut & ueteribus immutatis nouа omnia quae

axpō instituuntur appartant· Hoc autem euan
gelium scripsit in asia postea quam in bathmos
insula apocalypsin scripsaat· vt cui in principio
canonis incorruptibile principium ingenesi &iā
incorruptabilis finis puirginem in apocalypsi
reddertur· Dicent xpō· Ego sum alpha & ω·
Et hic est iohannes· qui sciens sup uenisse diem
recessus sui conuocatis discipulis suis in ephesō
per multa signorum experimenta promens xpm·
descendens in defossum sepultur suę locum facta
oratione positus est ad patres suos· tam extraneus
a dolore mortis· quam a corruptione carnis inue
nitur alienus· Tamen post omnes euangelium
scripsit· et hoc uirgini debebatur· Quorum tamē
uel scriptorum tempore dispositio uel librorum
ordinatio ideo singula a nobis non exponitur·
ut sedem desiderio conlocatio· & quertimbus
fructus laboris· & do magistri doctrina seruetur·

Explicit argumentum·

Incipiunt capitula scdm Iohannem·

·I· Pharisęorum tunc interrogant iohannem· Iohannes ihm
uidens agnū di dicit· Et andreas petro dicit· inuenim̄ messyā·

·II· Hic ad nuptias de aqua uinum fecit· De templo nummulariō
ejecit· Soluite templum hoc dicens· Nichodemo loquitur
de baptismo & de alijs multis·

·III· Hic in iudea baptizat· & iohannes in ennon· Quiq; dicit·

xp̄m erisceret se autem minoran·

IIII· I hīc cum muliere samaritana loquitur· Prophetam in patria
sua honoran non habere dicit· Et reguli filiū a mortē resuscitat·

V· A pud natatoriam bethsaydam infirmum sanat· ac dicit·
scrutamini scripturas· Et si crederetis moysi crederetis for

VI· O e quinq; panib: & duob: piscib; Et qđ cum ℣ sitan & m̄·
regem facere voluerunt· hīc supra mare ambulat· Et de
manna & pane celesti loquitur· Ac rursum ab eo discipulis unum ex duodecim diabolum dicit·

VII· S cenophegia ibi die festo mediante ascendens in templum
docet· multis eciam de turba credentib; idem clamat· Si q̄s
sitit veniat & bibat· Cum ministris & nichodemo princi
pes contendunt· De muliere adultera· hīc lumen mundi
se esse predicat·

VIII· I hīc interrogatus principium se esse respondit· Quod omīs
peccator seruus sit· Et quod ibe amē abraham sit· Ęcum
antiquitate cunctis·

VIIII· D e ianua & ouili· Per dedicationem deambulans in templo se & patrem unum esse dicit· De lazari resuscitatione·

X· M aria pedes ihv ungit & capillis suis extergit· hīc super
asinum sedit· Et volentib; grecis uideri ihm loquitur
de grano frumenti quod interram mittitur· Et vox de
celo ad ihm· Et quod multi ex principibus crediderunt
in ihm sed ꝓpter pharisęos non confitebantur·

XI· P edes discipulorum lauat· De iude traditione & petri ne
gatione predicit· Et de dilectione fratrum· Et quod ipse

impatrē & patrē in ipso est· Et de obseruandis mandatis
paraclyti spūs

XII De unica & palmitibus· Et de dilectione· Et de p̄missione
paraclyti· Et omnia patris sua esse· Et cetera mandata·

XIII Hīc discipulos patri commendat· Hīc aliuda traditur·
Allocutio pilati ad iudeos· De ihū & de barabba·

XIIII Passio ihū & sepultura & rsurrectio eius·

EXPLICIUNT CAPITULA·

IONS AQVI
ALTA DNI SCAN

S. Johem.

Io.
III.
Ad.
Latin.

Omnia p ipsum facta sunt · & sine ipso factum est n
hil · Quod factum est in ipso uita erat · & uita erat
lux hominum · Et lux in tenebris lucet · & tene
bre eam non comprehenderunt ·

Fuit homo missus a deo · cui nomen erat Iohannes ·
Hic uenit in testimonium ut testimonium per
hiberet de lumine · ut omnes crederent per illum ·
Non erat ille lux · sed ut testimonium phiberet
de lumine ·

Erat lux uera · que illuminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum · In mundo erat · &
mundus per ipsum factus est · & mundus eum
non cognouit ·

In propria uenit · & sui eum non receperunt · Quot
quot autem receperunt eum · dedit eis potestatem
filios dei fieri · his qui credunt in nomine eius ·
Qui non ex sanguinibus · neq; ex uoluntate carnis ·
neq; ex uoluntate uiri · sed ex deo nati sunt ·

Verbum caro factum est · & habitauit in nobis ·
Et uidimus gloriam eius · gloriam quasi unigeni
ti a patre · Plenum gratie & ueritatis ·

Iohannes testimonium perhibet de ipso · & clamat
dicens · Hic erat quem dixi · qui post me uenturus
est ante me factus est · quia prior me erat ·

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus · &
gratiam p gratia · Quia lex p moysen data est ·

gratia & ueritas p ihm xpm facta est·

Dm nemo uidit umquam· Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit·

Et hoc est testimonium iohannis quando Miserunt iudei ab iherosolimis sacerdotes & leuitas ad eum· ut interrogarent eum· Tu quis es· Et confessus est & non negauit· Et confessus est· quia non sum ego xpc· Et interrogauerunt eum· Quid ergo· Helias es tu· Et dixit· Non sum· Propheta es tu· Et respondit· Non· Dixerunt ergo ei· Quis es· ut responsum demus his qui miserunt nos· Quid dicis de te ipso·

Ait· Ego uox clamantis in deserto· dirigite uiam dni· sicut dixit esayas propheta·

Et qui missi fuerant· erant ex phariseis· Et interrogauerunt eum· & dixerunt ei· Quid ergo baptizas· si tu non es xpc· neq; helias· neq; propheta·

Respondit eis iohannes dicens· Ego baptizo in aqua· medius autem uestrum stetit quem uos nescitis· Ipse est qui post me uenturus est· qui ante me factus est· cuius ego non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti·

Hec in bethania facta sunt transiordanen· ubi erat iohannes baptizans· Altera die uidit iohannes ihm uenientem ad se & ait· Ecce agnus dei· qui tollit peccatum mundi·

Hic est de quo dixi·Post me uenit uir qui ante me
factus est quia prior me erat·& ego nesciebam eū·
Sed ut manifestetur israhel;propterea ego ueni in
aquā babtizans·

Et testimonium phibuit iohannes dicens·Quia
uidi spīm descendentem quasi columbam de cēlo·
& mansit supeum·& ego nesciebam eum·Sed
qui misit me babtizare in aqua·ille mihi dixit·
Sup quem uideris spīm descendentem & manen
tem supeum·hic est qui babtizat inspū scō·Et
ego uidi & testimonium phibui quia hic est filius dī·

Altera die iterum stabat iohannes·& ex discipulis
eius duo·Et respiciens ihm ambulantem dicit·
Ecce agnus dī·Et audierunt eum duo discipuli
loquentem·& secuti sunt ihm·Conuersus autē
ibe·& uidens eos sequentes se·dicit eis·Quid que
ritis·Qui dixerunt ei·Rabbi·quod dicitur in
terpretatum magister·ubi habitas·Dicit eis·
Uenite & uidete·Venerunt & uiderunt ubi ma
neat·& apud eum manserunt die illo·Hora autē
erat quasi decima·Erat autem andreas frater sy
monis petri unus ex duobus qui audierant a io
hanne·& secuti fuerant eum·

Inuenit hic primum fratrem suum symonem·&
dicit ei·Inuenimus messyam·quod est interpre
tatum xp̄c·Et adduxit eum ad ihm·Intuitus

autem cum ihc dixit·Tues symon filius iona·tu
uocaberis cephas·quod interpretatur petrus·
In crastinum uoluit exire ingalileam·& inue
nit philippum·& dicit ei ihc·Sequere me·
Erat autem philippus abethsaida·ciuitas
andree & petri·Inuenit philippus nathanael·
& dicit ei·Quem scripsit moyses in lege & pphe
te·inuenimus ihm filium ioseph a nazareth·
Et dixit ei nathanael·A nazareth potest aliquid
bonum esse·Dicit ei philippus·Veni & uide·
Uidit ihc nathanael uenientem ad se·& ait de
eo·Ecce uere israhelita·in quo dolus non est·
Dicit ei nathanael·Unde me nosti·Respondit
ihc & dixit ei·Priusquam te philippus uocaret
cum esses subficu·uidi te·Respondit ei natha
nael & ait·Rabbi·tues filius dei·tues rex isrl·
Respondit ihc·& dixit ei·Quia dixi tibi uidi
te subficu credis·maius his uidebis·Et dicit ei·
Amen amen dico uobis·uidebitis celum apertum·
& angelos dei ascendentes & descendentes supra
filium hominis·

·II·

TERCIO NUPTIE

facte sunt in chana galilee·& erat mater
ihv ibi·Uocatus est autem & ihc·& discipuli ei
ad nuptias·Et deficiente uino·dicit mater ihv
ad eum·Uinum non habent·Et dicit ei ihc·

Quid mihi & tibi est mulier· Nondum uenit ho
ra mea· Dicit mater eius ministris· Quodcumq;
dixerit uobis facite· Erant autem ibi lapideę
hydrię sex positę secundum purificationem iu
dęorum· capientes singulę metretas binas uel
ternas· Dicit eis ihc· Implete hydrias aqua· Et
impleuerunt eas· usq; ad summum· Et dicit eis
ihc· Haurite nunc· & ferte architriclino· Et tu
lerunt· Ut autem gustauit architriclinus aquam
uinum factum· & nonsciebat unde esset· ministri
autem sciebant qui hauserant aquam· Uocat
sponsum architriclinus· & dicit ei· Omnis homo
primum bonum uinum ponit· & cum inebriati
fuerint tunc id quod deterius est· Tu autem ser
uasti bonum uinum· usq; adhuc· Hoc fecit initium
signorum ihc in chana galilęę· & manifestauit
gloriam suam· Et crediderunt in eum discipuli ei·

I xxviii
V vii
D xviii

Post hęc descendit capharnaum ipse & mater eius
& fratres eius· & discipuli eius· & ibi manserunt
non multis diebus·

I xx
D ccclxxxiii
A el vi
L ccclx

Et prope erat pascha iudeorum· & ascendit
ierosolimam ihc·

I xxi
D ccxi
A cxxi
L ccxxxviii

Et inuenit in templo uendentes boues & oues· &
columbas· & nummularios sedentes· Et cum fe
cisset quasi flagellum de funiculis· omnes eiecit
de templo· Oues quoq; & boues· & nummulariox

effudit aes & mensas subuertit & his qui colum
bas uendebant dixit. Auferte ista hinc & nolite
facere domum patris mei domum negotiationis.
Recordati uero sunt discipuli eius quia scriptum
est. Zelus domus tue comedit me.
Responderunt ergo iudei & dixerunt ei. Quod
signum ostendis nobis quia hec facis.
Respondit ihc & dixit eis. Soluite templum hoc
& in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo
iudei. Quadraginta & sex annis edificatum
est templum hoc & tu in tribus diebus excitabis il
lud. Ille autem dicebat de templo corporis sui.
Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt
discipuli eius quia hoc dicebat & crediderunt
scripture & sermoni quem dixit ihc. Cum aut
esset ierosolimis in pascha in die festo multi credi
derunt in nomine eius uidentes signa eius que
faciebat. Ipse autem ihc non credebat semetipsum
eis eo quod ipse nosset omnes & quia opus non
erat ei ut quis testimonium phibere de homine.
Ipse enim sciebat quid esset in homine.
Erat autem homo ex phariseis nichodemus nomine
princeps iudeorum. Hic uenit ad ihm nocte &
dixit ei. Rabbi scimus quia a deo uenisti magister.
Nemo enim potest hec signa facere que tu facis
nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihc & dixit ei.

Amen amen dico tibi · nisi quis natus fuerit denuo ·
non potest uidere regnum dei · Dicit ad eum ni
chodemus · Quomodo potest homo nasci cum
sit senex · ⁊ numquid potest in uentrem matris sue
rursum introire & nasci · ⁊ Respondit ihc · Amen
amen dico tibi · nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spū · non potest introire in regnum dei · Quod
natum est ex carne caro est · & quod natum est
ex spū · spūs est · Non mireris quia dixi tibi · opor
tet uos nasci denuo · Spūs ubi uult spirat · & uocē
eius audis · sed nescis unde ueniat · & quo uadat ·
Sic est omnis · qui natus ē ex spū · Respondit ni
chodemus · & dixit ei · Quomodo possunt hec fie
ri · ⁊ Respondit ihc · & dixit ei · Tues magister in
israhel · & hec ignoras · ⁊ Amen amen dico tibi · quia
quod scimus loquimur · & quod uidimus testa
mur · & testimonium nrm non accipitis · Si terre
na dixi uobis & non creditis · quomodo si dixero
uobis celestia credetis · ⁊ Et nemo ascendit in ce
lum nisi qui de celo descendit · filius hominis qui
est in celo · Et sicut moyses exaltauit serpentem
in deserto · ita exaltari oportet filium hominis · ut
omnis qui credit in ipso non pereat · sed habeat
uitam eternam · Sic enim dilexit ds mundū ·
ut filium suum unigenitum daret · ut omnis q̄
credit in eum non pereat · sed habeat uitam eter

nam·Nonenim misit ds filium suum in mundū
ut iudicet mundum·sed ut saluetur mundus
per ipsum·Qui credit in eum non iudicatur·qui au
tem non credit iam iudicatus est·quia non credi
dit in nomine unigeniti filii dī·Hoc est autem
iudicium·quia lux uenit in mundum·& dilex
erunt homines magis tenebras quam lucem·
Erant enim eorum mala opera·Omnis enim qui
male agit odit lucem·& non uenit ad lucem·
ut non arguantur opera eius·Qui autem facit
ueritatem uenit ad lucem·ut manifestentur
opera eius quia in dō sunt facta· ·III·

POST HOC VENIT IHC
& discipuli eius in iudeam terram·& illic
demorabatur cum eis & baptizabat·
Erat autem & iohannes baptizans in enon iuxta
salim·quia aque multe erant illic·& uenieba nt
ad eum & baptizabantur·
Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes·
Facta est ergo questio ex discipulis iohannis cum
iudeis de purificatione·& uenerunt ad iohan
nem·& dixerunt ei·Rabbi·qui erat tecum trans
iordanen cui tu testimonium phibuisti·ecce
hic baptizat·& omnes uenium ad eum·Respon
dit iohannes & dixit·Non potest homo accipere
quicquam·nisi ei fuerit datum de cęlo·

I xxvIII
D I
D xI
D IIII
L x
I xxvIII
N
S o l v S

Ipsi uos mihi testimonium phibetis quod dixerim·
ego non sum xp̄c·sed quia missus sum ante illū·
Qui habet sponsam sponsus ē·ꝟ amicus autem spon
si qui stat & audit eum·gaudio gaudet ꝓpter
uocem sponsi·Hoc ergo gaudium meum im
pletum est·Illum oportet crescere·me autem mi
nui·Qui desursum uenit supomnes ē·Qui est
de terra·de terra est & de terra loquitur·Qui de
cęlo uenit supra omnes est·&quod uidit & au
diuit hoc testatur·&testimonium eius nemo ac
cipit·Qui accipit eius testimonium·signauit
quia ds uerax est·Quem enim misit ds·uerba di
loquitur·Non enim admensuram dat ds spm·

I xxx
D III
D cxI
L xxvIII
I xxxI
N
S o l v S

Patr diligit filium·&omnia dedit in manu eius·
Qui credit in filium·habet uitam aternam·Qui
autem incredulus est filio non uidebit uitam·sed
ira di manet super eum· ·IIII·

I xxxII
D VII
D xvIII
I xxxIII
N
S o l v S

ITERGO COGNOVIT IHC
quia audierunt pharisei quia ihc plures
discipulos facit & babtizat quam iohannes·quam
quam ihc non babtizabat sed discipuli eius·
Reliquit iudeam·&abiit iterum in galileam·
Oportebat autem eum transire psamariam·Venit
ergo in ciuitatem samarię quę dicitur sychar·
iuxta prdium quod dedit iacob ioseph filio suo·
Erat autem ibi fons iacob·Ihc ergo fatigatus ex

manet · sedebat sic sup fontem · Hora erat quasi
sexta · Venit mulier de samaria · haurire aquam ·
Dicit ei ihc · Da mihi bibere · Discipuli enim eius
abierant in ciuitatem · ut cibos emerent · Dicit
ergo ei mulier illa samaritana · Quomodo tu iu
deus cum sis bibere a me poscis · quę sum mulier
samaritana · Non enim coutuntur iudei samarita
nis · Respondit ihc · & dixit ei · Si scires donum di ·
& quis est qui dicit tibi da mihi bibere · tu forsi
tan petisses abeo · & dedisset tibi aquam uiuam ·
Dicit ei mulier · Dne · neq; in quo haurias habes ·
& puteus altus e · Vnde ergo habes aquam uiuã ·
Numquid tu maior es patre nro iacob · qui dedit
nobis puteum istum · Et ipse exeo bibit & filii ei ·
& pecora eius · Respondit ihc · & dixit ei · Omnis
qui bibit ex aqua hac · sitiet iterum · Qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in ęter
num · Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons
aquę salientis in uitam aeternam · Dicit ad eum
mulier · Dne · da mihi hanc aquam ut non sitiam ·
neq; ueniam huc haurire · Dicit ei ihc · Vade voca
uirum tuum · & ueni huc · Respondit mulier &
dixit · Non habeo uirum · Dicit ei ihc · Bene dixisti
quia non habeo uirum · Quinq; enim uiros habu
isti · & nunc quem habes non est tuus uir · Hoc uere
dixisti · Dicit ei mulier · Dne · uideo quia pphęta

ctu· Patres nr̄i in monte hoc adorauerunt· & uos
dicitis quia ierosolimis est locus· ubi adorare opor
tet· Dicit ei ih̄c· Mulier· credе mihi· quia uenit
hora quando neq; in monte hoc· neq; in ierosoli
mis adorabitis patrem· Vos adoratis quod nescitis·
nos adoramus quod scimus· quia salus ex iudeis ē·
Sed uenit hora & nunc est· quando ueri adorato
res adorabunt patrem in spū & ueritate· Nam &
pater tales quærit· qui adorent eum· Sp̄s est ds·
& eos qui adorant eum in spū & ueritate oportet
adorare· Dicit ei mulier· Scio quia messyas uenit·
qui dicitur xp̄c· Cum ergo uenerit· ille nobis ad
nunciabit omnia· Dicit ei ih̄c· Ego sum· qui lo
quor tecum· Et continuo uenerunt discipuli
& mirabantur quia cum muliere loquebatur·
Nemo tamen dixit· Quid queris· aut quid loque
ris cum ea· Reliquit ergo ydriam suam mulier·
& abiit in ciuitatem· & dicit illis hominibus·
Venite & uidete hominem· qui dixit mihi omnia
quæcumq; feci· Numquid ipse ē xp̄c· Exibant
de ciuitate· & ueniebant ad eum· Interea rogaba
eum discipuli dicentes· Rabbi· manduca· Ille au
tem dixit eis· Ego habeo cibum manducare· quē
uos nescitis· Dicebant ergo discipuli ad inuicem·
Numquid aliquis adtulit ei manducare· Dicit
eis ih̄c· Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius

qui misit me· ut ꝑficiam opus eius· Nonne uos
dicitis quod adhuc quatuor menses sunt· & mes
sis uenit· Ecce dico uobis· leuate oculos uros & u
dete regiones· quia albe sunt iam ad messem·
Et qui metit mercedem accipit· & congregat
fructum in uitam eternam· ut & qui seminat
simul gaudeat· & qui metit· In hoc enim est uer
bum uerum· quia aliud est qui seminat· & alius
est qui metit· Ego misi uos metere· quod uos non
laborastis· Alii laborauerunt· & uos in labores eo
rum introistis· Exeuntes autem illa multi credide
runt in eum samaritanorum ꝓpter uerbum
mulieris testimonium phibentis· quia dixit
mihi omnia quecumq; feci· Cum uenissent ergo
ad eum samaritani· rogauerunt eum ut ibi ma
neret· Et mansit ibi duos dies· & multo plures
crediderunt ꝓpter sermonem eius· Et mulieri
dicebant· quia iam non ꝓpter tuam loquelam
credimus· Ipsi enim audiuimus & scimus· quia
hic est uere saluator mundi·

Post duos autem dies exiit inde· & abiit in galileam·
Ipse enim ihc testimonium phibuit· quia ꝓpheta
in sua patria honorem non habet·

Cum ergo uenisset in galileam· exceperunt eum
galilei· cum omnia uidissent que fecerat ierosoli
mis in die festo· & ipsi uenerant in diem festum·

Uenit ergo iterum in chanan galilee · ubi fecit aquam uinum ·

Et erat quidam regulus · cuius filius infirmabat̃ capharnaum · hic cum audisset quia ihc adueniret a iudea in galileam · abiit ad eum · & rogabat eum ut descenderet · & sanaret filium ei⁹ · Incipiebat enim mori · Dixit ergo ihc ad eum · Nisi signa & prodigia uideritis non creditis · Dicit ad eum regulus · Dñe · descende priusquã moriatur filius meus · Dicit ei ihc · Uade filius tuus uiuit · Credidit homo sermoni quem dixit ei ihc & ibat · Iam autem eo descendente · serui occurrerunt ei · & nunciauerunt dicentes · quia filius eius uiueret · Interrogabat ergo horam ab eis · in qua melius habuerit · Et dixerunt · Quia heri hora septima · reliquit eum febris · Cognouit ergo pater quia illa hora erat · in qua dixit ei ihc filius tuus uiuit · Et credidit ipse & domus ei⁹ tota · Hoc iterum secundum signum fecit ihc cum uenisset a iudea in galileam ·

POST HEC ERAT DIES ·v· festus iudeorum · & ascendit ihc ierosolimam · Est autem ierosolimis super probatica piscina · que cognominatur hebraice bethsayda · quinq; porticus habens · In his iacebat multitudo magna languentium · cecorum · clau

dorum·aridorum·expectantium aquę motū·
Angelus autem dñi secundum tempus descen
debat in piscinam·& mouebatur aqua·Et qui
primus descendisset in piscinam post motionē
aquę·sanus fiebat aquacumq; detinebatur in
firmitate·Erat autem quidam homo ibi trigin
ta & octo annos habens infirmitatē suā·Hunc
cum iudisset ibi iacentem & cognouisset quia
multum iam tempus habet·dicit ei·Vis sanus fi
eri·Respondit ei languidus·Dñe·hominem
non habeo·ut cum turbata fuerit aqua·mittat
me in piscinam·Dum uenio enim ego·alius ante
me descendit·Dicit ei ihc·Surge tolle grabatū
tuum & ambula·Et statim sanus factus ē homo·
& sustulit grabatum suum·& ambulabat·Erat
autem sabbatum illo die·Dicebant iudei illi
qui sanatus fuerat·Sabbatum est·non licet tibi
tollere grabatum tuum·

XXVIII
V
L.5

Respondit eis·Qui me fecit sanum·ille mihi dixit·
tolle grabatum tuum & ambula·Interrogauc
runt ergo eum·Quis est ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum & ambula·Is autem q̄
sanus fuerat effectus·nesciebat quis esset·Jhc
enim declinauit a turba·constituta in loco·
Postea inuenit eum ihc in templo·& dicit illi·
Ecce sanus factus es·iam noli peccare·ne detterius

tibi aliquid contingat · Abiit ille homo & nun
ciauit iudeis quia ihc esset qui fecit eum sanum ·
Propterea persequebantur iudei ihm · quia hec
faciebat in sabbato · Ihc autem respondit eis ·
Pater meus usq; modo operatur · & ego operor ·
Propterea ergo magis querebant eum iudei in
terficere · quia non solum soluebat sabbatum · sed
& patrem suum dicebat deum · aequalem se faciens
deo · Respondit itaq; ihc · & dixit eis · Amen amen
dico uobis · non potest filius facere a se quicquam ·
nisi quod uiderit patrem facientem · Quecumq;
enim ille fecerit · hec & filius similiter facit · Pater
enim diligit filium · & omnia demonstrat ei que
ipse facit · & maiora his demonstrabit ei opera · ut
uos miremini · Sicut enim pater suscitat mortu
os & uiuificat · sic & filius quos uult uiuificat ·
Neq; enim pater iudicat quemquam · sed iudici
um omne dedit filio · ut omnes honorificent
filium · sicut honorificant patrem ·
Qui non honorificat filium · non honorificat patrem
qui misit illum · Amen amen dico uobis · quia qui
uerbum meum audit & credit ei qui misit me ·
habet uitam aeternam · & in iudicium non uenit ·
sed transit a morte in uitam ·
Amen amen dico uobis · quia uenit hora & nunc est ·
quando mortui audient uocem filii dei · & qui

audierint uiuent · Sicut enim pater habet uitã
in semetipso · sic dedit & filio habere uitam in semet
ipso · Et potestatem dedit ei & iudicium facere ·
quia filius hominis est · Nolite mirari hoc · quia
uenit hora in qua omnes qui in monumentis ẽ
audient uocem eius & procedent · Qui bona fece
runt in resurrectionem uitæ · Qui uero mala ege
runt · in resurrectionem iudicii · Non possum ego
a me ipso facere quicquam · Sicut audio iudico ·
& iudicium meum iustum est ·
Quia non quæro uoluntatem meam · sed uolunta
tem eius qui misit me ·
Si ego testimonium phibeo de me · testimonium
meum non est uerum · Alius est qui testimoniũ
phibet de me · & scio quia uerum est testimoniũ
eius quod phibet de me · Uos misistis ad iohannẽ ·
& testimonium phibuit ueritati · Ego autem
non ab homine testimonium accipio · sed hæc
dico · ut uos salui sitis · Ille erat lucerna ardens
& lucens · Vos autem uoluistis exultare ad horam
in luce eius · Ego autem habeo testimonium
maius iohanne · Opera enim quæ dedit mihi pat̃
ut perficiam ea · ipsa opera quæ ego facio testimoni
um phibent de me · quia pater me misit · Et qui
misit me pater · ipse testimonium phibet de me ·
Neq; uocem eius umquam audistis · neq; speciem

aus uidistis·

Ixlv
xl
solvs

Et uerbum aus non habetis in uobis manens· quia
quem misit ille huic uos non creditis· Scruta
mini scripturas· quia uos putatis in ipsis uitam
aeternam habere· Et ille sunt que testimoniū
perhibent de me· & non uultis uenire ad me·
ut uitam habeatis· Claritatem ab hominibus
non accipio· sed cognoui uos quia dilectionem
dī non habetis in uobis· Ego ueni in nomine
patris mei & non accipitis me· si alius uenerit in
nomine suo· illum accipietis· Quomodo potestis
uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis·
& gloriam que a solo dō est non quaeritis· Nolite
putare quia ego accusaturus sim uos apud patrē·
Est qui accusat uos· moyses in quo uos speratis·
Si enim crederetis moysi· crederetis forsitan & mi·
De me enim ille scripsit· Si autem illius litteris
non creditis· quomodo mea uerbā credetis·

Ixlvi
viii
dxxxvi
Lxlv

SVT HEC ABIIT IHC ·VI·
trans mare galilee quod est tyberiadis·
& sequebatur eum multitudo magna· qa
uidebant signa que faciebat super his qui infir
mabantur·

Ixlvii
dxlvi
Lxvii

Subiit ergo in montem ihc· & ibi sedebat cum
discipulis suis·

Ixlviii
dccclxxxiii
dcl vi
Lcclx

Erat autem proximum pascha· dies festus iudeorum·

Cum sublenasset ergo oculos ihc & uidisset quia
multitudo maxima uenit ad eum · dicit ad
philippum · Unde ememus panes ut manducent hi · Hoc autem dicebat temptans eum ·
ipse enim sciebat quid esset faciens · Respon
dit a philippus · Ducentorum denariorum
panes non sufficiunt eis · ut unusquisq; modi
cum quid accipiat · Dicit a unus ex discipulis
eius · andreas frater symonis petri · Est puer
unus hic qui habet quinq; panes ordeaceos ·
& duos pisces · Sed hec quid sunt inter tantos ·
Dixit ergo ihc · Facite homines discumbere ·
Erat autem fenum multum in loco · Discubu
erunt ergo uiri · numero quasi quinq; milia ·
Accepit ergo panes ihc · & cum gratias egisset
distribuit discumbentibus · Similiter & expisca
bus · quantum uolebant · Ut autem impleti s ·
dixit discipulis suis · Colligite que superauerunt
fragmenta ne pereant · Collegerunt ergo · & im
pleuerunt duodecim cophinos fragmentorum
ex quinq; panib; ordeaceis · que superfuerunt his
qui manducauerant ·

Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signu
dicebant · Quia hic est uere ꝓpheta qui uenturus
est in mundum · Ihc ergo cum cognouisset quia
uenturi essent ut raperent eum & facerent eum rege ·

Fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem
ser factum est. descenderunt discipuli eius ad
mare. Et cum ascendissent nauim. uenerunt
trans mare in capharnaum. Et tenebre iam fac
te erant. & non uenerat ad eos ihc. Mare autem
uento magno flante exurgebat. Cum remigas
sent ergo quasi stadia uiginti quinq; aut trigin
ta. uident ihm ambulantem sup mare. & proxim̃
nauim fieri. & timuerunt. Ille autem dicit eis.
Ego sum. nolite timere. Voluerunt ergo acci
pere eum in nauim. & statim fuit nauis ad
terram quam ibant.

Altera die turba que stabat trans mare uidit quia
nauicula alia non erat ibi nisi una. & quia non
intrasset cum discipulis suis ibe in nauim. sed
soli discipuli eius abissent. Alie uero supuenĕ
naues a tyberiade iuxta locum ubi manducaue
rant panem gratias agentes dño. Cum ergo ui
disset turba quia ibe non esset ibi neq; discipuli
eius. ascenderunt in nauiculas & uenerunt ca
pharnaum querentes ihm. Et cum inuenissent
eum trans mare. dixerunt ei. Rabbi. quando huc
uenisti. Respondit eis ihc & dixit. Amen amen
dico uobis. queritis me non quia uidistis signa.
sed quia manducastis ex panibus. & saturati estis.
Operamini non cibum qui perit. sed qui pmanet

murtam actrnam · quam filius hominis dabit
uobis · Hunc ergo patr signauit ds · Dixerunt
ergo ad eum · Quid faciemus ut operemur opera
di · Respondit ihc · & dixit eis · Hoc est opus di ·
ut credatis in eum quem misit ille ·
Dixerunt ergo ei · Quid ergo tu facis signum · ut
uideamus & credamus tibi · Quid operaris ·
Patres nri manducauerunt manna in deserto sic
scriptum est · Panem de celo dedit eis manduca
re · Dixit ergo eis ihc · Amen amen dico uobis ·
non moyses dedit uobis panem de celo · sed patr
meus dat uobis panem de celo uerum · Panis enī
di est qui descendit de celo · & dat uitam mun
do · Dixerunt ergo ad eum · Dne semp da nobis
panem hunc ·
Dixit autē eis ihc · Ego sum panis uite · Qui uenit
ad me non esuriet · & qui credit in me non sitiet
umquam · Sed dixi uobis · quia uidistis me
& non creditis ·
Omne quod dat mihi patr · ad me uenet · & eum
qui uenit ad me non eiciam foras ·
Quia descendi de celo non ut faciam uoluntatem
meam · sed uoluntatem eius qui misit me ·
Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris · ut
omne quod dedit mihi non pdam ex eo · sed resu-
scitem illud in nouissimo die · Hec est enim uo

tuntas patris mei qui misit me · ut omnis qui
uidet filium & credit in eum · habeat uitam æter
nam · Et resuscitabo ego eum in nouissimo die ·

Ilxvm
dcclxv
dcl
Lxxvm

Murmurabant ergo iudei de illo · quia dixisset ·
ego sum panis qui de cęlo descendi · & dicebant ·
ille Nonne hic est filius ioseph cuius nos nouimus
patrem & matrem · Quomodo dicit hic quia de
cęlo descendi ·

Ilx
xc
Salus

Respondit ergo iesus · & dixit eis · Nolite murmu
rare in uicem · nemo potest uenire ad me · nisi
pater qui misit me traxerit eum · Et ego resusci
tabo eum in nouissimo die · Est scriptum in pro
phetis · Et erunt omnes docibiles dei · Omnis qui
audiuit a patre & didicit · uenit ad me ·

Ilxi
dcclxvi
Lxxxvm

Non quia patrem uidit quisquam · nisi is qui est
a deo · hic uidit patrem ·

Ilxii
xc
Salus

Amen amen dico uobis · qui credit in me · habet
uitam æternam ·

Ilxiii
dccclxxxvm
dclxv
Lccclxvi

Ego sum panis uitæ ·

Ilxiiii
xc
Salus

Patres uri manducauerunt in deserto manna ·
& mortui sunt · Hic est panis de cęlo descendens ·
ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur ·

Ilxv
dccclxxxviii
dclxv
Lccclxvi

Ego sum panis uiuus qui de cęlo descendi · si quis
manducauerit ex hoc pane · uiuet in æternum ·
Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita ·

Ilxvi
xc
Salus

Murmurabant ergo iudei ad inuicem dicentes · Quo

modo hic potest nobis carnem suam dare ad
manducandum. Dixit ergo eis ihc. Amen
amen dico uobis. nisi manducaueritis carnem
filii hominis & biberitis eius sanguinem. non
habebitis uitam in uobis. Qui manducat meã
carnem & bibit meum sanguinem. habet uitã
æternam. & ego resuscitabo eum in nouissimo
Caro enim mea uere est cibus. Et dic.
& sanguis meus uere est potus.
Qui manducat meam carnem & bibit meum
sanguinem in me manet. & ego in illo. Sicut
misit me uiuens pater. & ego uiuo ꝓpter pa
trem. Et qui manducat me. & ipse uiuet ꝓpt̃
me. Hic est panis qui de celo descendit. non sic̃
manducauerunt patres uri manna. & mortui
sunt. Qui manducat hunc panem. uiuet in æter
num. Hec dixit in synagoga docens in caphar
naum. Multi ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo. quis potest eum
audire. Sciens autem ihc apud semetipsum quia
murmurabant de hoc discipuli eius. dixit eis.
Hoc uos scandalizat.
Si ergo uideritis filium hominis ascendentem
ubi erat prius.
Spūs est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.
Verba quę ego locutus sum uobis. spūs & uita sunt.

Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt·
Sciebat enim ab initio ihc qui essent non credentes·
& quis esset traditurus eum·
Et dicebat· Propterea dixi uobis· quia nemo potest
uenire ad me· nisi fuerit ei datum a patre meo·
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro·
& iam non cum illo ambulabant· Dixit ergo ihc
ad duodecim· Numquid & uos uultis abire·
Respondit ergo ei symon petrus· Dne· ad quem
ibimus· uerba uite eterne habes· & nos credidimus
& cognouimus· quia tu es xpc filius dei·
Respondit ei ihc· Nonne ego uos duodecim elegi·
& ex uobis unus diabolus est· Dicebat autem iu
dam symonis scariothen· hic enim erat traditu
rus eum· cum esset unus ex duodecim·

POST HEC AMBVLABAT ·VII·

ihc in galilea· non enim uolebat in iudea
ambulare· quia querebant eum iudei interficere· Erat autem in proximo dies festus iudeorum·
scenophegia· Dixerunt autem ad eum fratres eius·
Transi hinc & uade in iudeam· ut & discipuli tui
uideant opera tua que facis· Nemo quippe in occulto quid facit· & querit ipse in palam esse· Si hec
facis· manifesta te ipsum mundo· Neq; enim frs
eius credebant in eum· Dicit ergo eis ihc· Tempus
meum nondum aduenit· tempus autem uru

ſemp eſt paratum · Non potest mundus odisse uos ·
me autem odit · quia ego testimonium phibeo
de illo · quia opera eius mala sunt · Vos ascendite
ad diem festum hunc · ego non dum ascendo ad
diem festum istum · quia meum tempus nondū
impletum est · Hec cum dixisset · ipse mansit
in galilea · Ut autem ascenderunt fratres eius ·
tunc & ipse ascendit ad diem festum non mani
feste · sed quasi in occulto · Iudei ergo querebant
eum in die festo · & dicebant · Vbi est ille · Et mur
mur multus de eo erat in turba · Quidam enim
dicebant quia bonus ē · Alii autem dicebant ·
non · sed seducit turbas · Nemo tamen palam
loquebatur de illo : propter metum iudeorum ·

I am autem die festo mediante · ascendit ihē in
templum · & docebat · Et mirabantur iudei di
centes · Quomodo hic litteras scit cum non didice
rit · Respondit eis ihē & dixit · Mea doctrina nō
est mea · sed eius qui misit me · Si quis uoluerit uo
luntatem eius facere · cognoscet de doctrina utrū
ex deo sit · an ego a me ipso loquar · Qui a semetipso
loquitur gloriam propriam querit · Qui autem
gloriam querit eius qui misit illum · hic uerax ē ·
& iniustitia in illo non est · Nonne moyses dedit
uobis legem · & nemo ex uobis facit legem · Quid
me queritis interficere · Respondit turba · &

dixit·Doemonium habes·quis te querit in
terficere·Respondit ihc & dixit eis·Unum
opus feci·& omnes miramini·Propterea moy
ses dedit uobis circumcisionem·non quia ex
moyse est sed ex patribus·& in sabbato circum
cidit is hominem·Si circumcisionem accipit
homo in sabbato ut non soluatur lex moysi·
mihi indignamini quia totum hominem sa
num feci in sabbato·Nolite iudicare secundū
faciem·sed iustum iudicium iudicate·Dicebant
ergo quidam ex ierosolimis·Nonne hic ē quem
querunt interficere·Ecce palam loquitur·&
nihil ei dicunt·Numquid uere cognouerunt
principes quia hic ē xp̄s·Sed hunc scimus unde
sit·xp̄c autem cum uenerit nemo scit unde sit·

Ilxxvi
Xl
Dcxii
Mcxxviii
Lccl.xi

Clamabat ergo docens in templo ihc & dicens·
Et me scitis·& unde sim scitis·& a me ipso non ue
ni·sed est uerus qui misit me·quem uos nescitis·

Ilxxvii
Xl
Dcxiii
Mcxxviii
Lccl.xi

Ego scio eum·quia ab ipso sum·& ipse me misit·
Quærebant ergo eum apprehendere·& nemo mis̄ v̄
misit manus·quia nondum uenerat hora eius·

Ilxxviii
Sol.s

De turba autem multi crediderunt in eum·&
dicebant·Xp̄c cum uenerit·numquid plura
signa faciet quam quę hic facit·Audierunt

Ilxxviii
Xl
Dccc
Mclxxxi
Lcclxxv

pharisei turbam murmurantem de illo hæc·
Et miserunt principes & pharisei ministros·ut

apprehenderunt eum·

Dixit ergo ihc· Adhuc modicum tempus uobis cum sum· & uado ad eum qui misit me·

Quaeretis me & non inuenietis· & ubi sum ego uos non potestis uenire· Dixerunt ergo iudei ad semetipsos· Quo hic iturus est quia non inueniemus eum· Numquid in dispsionem gentium iturus est· & docturus gentes· Quis est hic sermo quem dixit· quaeretis me & non inuenietis· & ubi sum ego uos non potestis uenire· In nouissimo aut die magno festiuitatis· stabat ihc & clamabat dicens· Si quis sitit· ueniat ad me & bibat· Qui credit in me sicut dicit scriptura· flumina de uentre eius fluent aque uiue· Hoc autem dixit de spu quem acceptur erant credentes in eum· Nondum enim erat sps datus· quia ihc nondum fuerat glorificatus·

Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones· dicebant· Hic est uere pphета· Alii autem dicebant· hic est xpc·

Quidam autem dicebant· Numquid a galilea xpc uenit· Nonne scriptura dicit· quia ex semine dauid & de bethleem castello ubi erat dauid uenit

Dissensio itaq: facta est in turba pptr eum· xpc·

Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum· sed nemo misit sup illum manus·

lxxxvi
x
Selus

Uenerunt ergo ministri ad pontifices & phariseos·& dixer⁹
eis illi·Quare non adduxistis eum·⁹ Responderunt
ministri· Numquam sic locutus ē homo·sicut
hic homo· Responderunt ergo eis pharisei·Num
quid & uos seducti estis·⁹ numquid aliquis ex
principibus credidit in eum·aut ex phariseis·⁹
Sed turba hec que non nouit legem· maledicti s·
Dicit nichodemus ad eos ille qui uenit ad eum
nocte· qui erat unus ex ipsis· Numquid lex nr̄a
iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius·
& cognouerit quid faciat·⁹ Responderunt &
dixerunt ei·Numquid & tu galileus es·⁹ Scrutare
& uide· quia pphēta a galilea non surgit· Et re
uersi sunt unusquisq; in domum suam· Ihē aūt
P
erexit in montem oliueti·& diluculo iterum
uenit in templū· Et omis ppls uenit ad eū·& se
dens docebat eos· ℘ Adduxerunt autem scribe &
pharisei mulierem in adulterio deprehensam·
& statuerunt eam in medio·& dixerunt ei·
Magister· hec mulier modo deprehensa est in ad
ultrio· In lege autem moyses mandauit nobis·
huiusmodi lapidari· Tu ergo quid dicis·⁹ Hec
autem dicebant temptantes eum· ut possent ac
cusare eum· Ihē autem inclinans se deorsum·
digito scribebat in terra· Cum autem pseuerarent
interrogantes eum· erexit se & dixit eis· Qui sine
peccato est ūr̄m· primus in illam lapidē mittat·

Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audi
entes autem unus post unum exibant incipi
entes a senioribus. Et remansit solus & mulier
in medio stans. Erigens autem se ihc dixit ei.
Mulier ubi sunt qui te accusabant. Nemo te
condemnauit. Que dixit. Nemo dñe. Dixit aut
ihc. Nec ego te condemnabo. Vade & amplius
iam noli peccare. Iterum ergo locutus est eis ihc
dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me n
ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uite.
Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de te ipso testimo
nium phibes. testimonium tuum non est uerum.
Respondit ihc & dixit eis. Et si ego testimoniu
phibeo de me ipso. uerum est testimonium meu.
quia scio unde ueni. aut quo uado. Vos autem
nescitis unde ueniam. aut quo uadam. Vos secundum
carnem iudicatis. ego non iudico quemquam.
Et si iudico ego. iudicium meum uerum est. quia
solus non sum. sed ego & qui me misit pater. Et in
lege uestra scriptum est. quia duorum hominum
testimonium uerum est. Ego sum qui testimon
ium phibeo de me ipso. & testimonium phibet de
me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est
pater tuus.

Respondit ihc. Neq; me scitis. neq; patrem meum.
Si me sciretis. forsitan & patrem meum sciretis.

Ihesum
Ihesum &
Ihesum &
Ihesum
S.

Hec uerba locutus est ihc in gazophilacio · docens
Et nemo apprehendit eum · quia nondum ue
nerat hora eius · VIII ·
EXIT ERGO ITERVM
eis ihc · Ego uado & quaretis me · & in
peccato uro moriemini · Quo ego uado · uos
potestis uenire · Dicebant ergo iudei · Numqd
interficiet semetipsum · quia dicit · quo ego ua
do uos non potestis uenire · Et dicebat eis · Vos
de deorsum estis · ego de supnis sum · Vos de mun
do hoc estis · ego non sum de hoc mundo · Dixi
ergo uobis · quia moriemini in peccatis uris · Si
enim non credideritis quia ego sum · moriemini
in peccato uro · Dicebant ergo ei · Tu quis es ·
Dixit eis ihc · Principium · qui & loquor uobis ·
Multa habeo de uobis loqui · & iudicare · Sed qui
misit me uerax est · & ego que audiui abeo hec
loquor in mundo · Et non cognouerunt · quia
patrem eius dicebat deum · Dixit ergo eis ihc · Cum
exaltaueritis filium hominis · tunc cognoscetis
quia ego sum · & a me ipso facio nihil · sed sicut do
cuit me pater hec loquor · Et qui me misit mecum
est · & non reliquit me solum · quia ego que pla
cita sunt ei facio semp · Hec illo loquente · multi
crediderunt in eum · Dicebat ergo ihc ad eos qui
crediderunt ei iudeos · Si uos manseritis in sermone

meo·uere discipuli mei eritis·& cognoscetis ueri
tatem·& ueritas liberabit uos· Responderunt ei·
Semen abrahę sumus·& nemini seruiuimus unq̃m
quam·Quomodo tu dicis liberi eritis· Respondit
eis ihc· Amen amen dico uobis· quia omnis qui
facit peccatum·seruus est peccati· Seruus autem
non manet in domo in ęternum·filius manet in
ęternum· Si ergo filius uos liberauerit· uere liberi
eritis· Scio quia filii abrahę estis·sed queritis me
interficere·quia sermo meus non capit in uobis·
Ego quod uidi apud patrem loquor·& uos quę
uidistis apud patrem ur̃m facitis· Responderunt
& dixerunt ei· Pater nr̃ abraham est· Dicit eis
ihc· Si filii abrahę estis·opera abrahę facite· Nunc
autem queritis me interficere·hominem qui ueri
tatem uobis locutus sum·quam audiui a deo·Hoc
abraham non fecit· Vos facitis opera patris uestri·
Dixerunt itaq; ei· Nos ex fornicatione non sumus
nati·unum patrem habemus deum· Dixit ergo eis
ihc; Si deus pater ur̃ esset·diligeretis utiq; me· Ego
enim ex deo processi & ueni· Neq; enim a me ipso ueni·
sed ille me misit· Quare loquelam meam non cog
noscitis· quia non potestis audire sermonem meu·
Vos ex patre diabolo estis·& desideria patris uri
uultis facere· Ille homicida erat ab initio·& in ue
ritate non stetit·quia ueritas in eo non est· Cum

loquitur mendacium exp̄pius loquitur· quia
mendax est & pater eius· Ego autem quia ueri
tatem dico· non creditis mihi· Quis ex uobis ar
guet me de peccato· Si ueritatem dico uobis·
quare uos non creditis mihi· Qui est ex deo ver
ba dei audit· p̄pterea uos non auditis· quia ex
deo non estis· Responderunt igitur iudei· & dix
erunt ei· Nonne bene dicimus nos quia samarita
nus es tu· & demonium habes· Respondit ih̄c·
Ego demonium non habeo· sed honorifico pa
trem meum· & uos inhonoratis me· Ego aut̄
non quero gloriam meam· est qui querat & iudi
cet· ℣men amen dico uobis· si quis sermonem me
um seruauerit· mortem non uidebit in ęternum·
Dixerunt ergo iudei· Nunc cognouimus· quia
demonium habes· ℣braham mortuus est & pro
phet̄e· & tu dicis· si quis sermonem meum serua
uerit· non gustabit mortem in ęternum· Numq̄d
tu maior es patre nr̄o abraham· Qui mortuus ē·
& p̄phet̄e mortui sunt· Quem te ipsum facis·
Respondit ih̄c· Si ego glorifico me ipsum· gl̄a
mea nihil est· Est pater meus qui glorificat me·
quem uos dicitis quia d̄s noster est· & non cog
nouistis eum· Ego autem noui eum· Et si dixero
quia non scio eum· ero similis uobis mendax·
Sed scio eum· & sermonem eius seruo· ℣braham

patr ūr exultauit ut uideret diem meum· &
uidit·& gauisus ē·Dixerunt ergo iudei ad eum·
Quinquaginta annos nondum habes·& abra
ham uidisti·Dixit eis ihc·Amen amen dico uob.
ante quam abraham fieret ego sum·Tulerunt
ergo lapides·ut iacerent in eum·Ihc autem ab
scondit se·& exiuit de templo·Et Praeteriens ui
dit hominem cecum a natiuitate·Et interroga
uerunt eum discipuli sui·Rabbi·quis peccauit·
hic aut parentes eius ut cecus nasceretur·Respon
dit ihc·Neq; hic peccauit neq; parentes eius·sed
ut manifestentur opera dī in illo·Me oportet ope
rari opera eius qui misit me·donec dies est·Uenit
nox quando nemo potest operari·Quamdiu in
mundo sum·lux sum mundi·Hec cum dixisset·
expuit in terram & fecit lutum ex sputo·& lini
uit lutum super oculos eius·& dixit ei·Vade lava
in natatoria syloe·quod interpretatur missus·
Abiit ergo & lauit·& uenit uidens·Itaq; uicini
& qui uiderant eum prius quia mendicus erat di
cebant·Nonne hic ē qui sedebat & mendicabat·
Alii dicebant·quia hic est·Alii autem·Nequaquā·
sed similis eius est·Ille uero dicebat·quia ego sum·
Dicebant ergo ei·Quomodo aperti sunt tibi oculi·
Respondit·Ille homo qui dicitur ihc lutum fecit
& unxit oculos meos·& dixit mihi·Uade ad na

tatoriam syloe & laua· Et abii· & laui· & uidi·
Dixerunt ei· Vbi est ille· ℣ Ait· Nescio· Adducunt
eum ad phariseos· qui cecus fuerat· Erat autē
sabbatum quando lutum fecit ihc· & aperuit
oculos eius· Iterum ergo interrogabant eum
pharisei· quomodo uidisset· Ille autem dixit
eis· Lutum posuit mihi sup oculos· & laui· &
uideo· Dicebant ergo ex phariseis quidam· Non
est hic homo a dō· qui sabbatum non custodit·
Alii dicebant· Quomodo potest homo peccator
hec signa facere· ℣ Et scisma erat inter eos· Dicunt ḡ
cco iterum· Tu quid dicis de eo qui aperuit ocu
los tuos· ℣ Ille autem dixit· Quia pphēta est·
Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus
fuisset & uidisset· donec uocauerunt parentes
eius qui uiderat· & interrogauerunt eos dicentes·
Hic est filius ur· quem uos dicitis quia cecus na
tus est· quomodo ergo nunc uidet· ℣ Respon de
runt ei parentes eius· & dixerunt· Scimus quia
hic est filius nr· & quia cecus natus ē· Quomodo
autem nunc uidet nescimus· aut quis eius ape
ruit oculos nos nescimus· Ipsum interroga
ate tem habet ipse de se loquatur· Hec dixer̄
parentes eius· quia timebant iudeos· Iam enim
conspirauerant iudei· ut si quis eum confiteretur
xp̄m· extra synagogam fieret· Propter ea parentes

aut dixerunt. Scitum habet. ipsum interroga
te. Uocauerunt ergo rursus hominem qui fue
rat cecus. & dixerunt ei. Da gloriam do. nos sci
mus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille.
Si peccator est nescio. unum scio. quia cecus
cum essem. modo uideo. Dixerunt ergo illi.
Quid fecit tibi. quomodo aperuit tibi oculos.
Respondit eis. Dixi uobis iam & audistis. quid
iterum uultis audire. Numquid & uos uultis
discipuli eius fieri. Maledixerunt ei. & dixerunt.
Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipu
li sumus. Nos scimus quia moysi locutus est ds.
hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille
homo. & dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia
uos nescitis unde sit. & aperuit meos oculos.
Scimus autem quia peccatores ds non audit.
sed si quis dicultor est & uoluntatem eius facit.
hunc exaudit. A seculo non est auditum quia
aperuit quis oculos cęci nati. Nisi esset hic a do.
non poterat facere quicquam. Responderunt
& dixerunt ei. In peccatis natus es totus. & tu do
ces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihc
quia eiecerunt eum foras. & cum inuenisset eum.
dixit ei. Tu credis in filium di. Respondit ille
& dixit. Quis est dne. ut credam in eum. Et dix
it ihc. Et uidisti eum. & qui loquitur tecum

ipse est. Et ille ait. Credo dñe. Et procidens
adorauit eum. Et dixit ei ihc. In iudicium
ego in hunc mundum ueni. ut qui non uident
uideant. & qui uident cęci fiant. Et audie
runt ex phariseis qui cum ipso erant. & dixer
ei. Numquid & nos cęci sumus. Dixit eis ihc.
Si cęci essetis non haberetis peccatum. nunc ů
quia dicitis uidemus. peccatum ůr̄m manet.

AMEN AMEN DICO VOŌ ·VIIII·

qui non intrat postium in ouile ouium
sed ascendit aliunde. ille fur est & latro.
Qui autem intrat postium. pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit. & oues uocē eius audiunt.
& propias oues uocat nominatim. & educit eas.
Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit.
& oues illum sequuntur. quia sciunt uocem eius.
Alienum autem non sequuntur sed fugiunt
abeo. quia non nouerunt uocem alienorum.
Hoc proverbium dixit eis ihc. Ille autem non
cognouerunt. quid loquebatur eis. Dixit ḡ
eis iterum ihc. Amen amen dico uobis. quia
ego sum ostium ouium. Omnes quotquot ante
me uenerunt fures fuerunt & latrones. sed non
audierunt eos oues. Ego sum ostium. per me si
quis introierit saluabitur. & ingredietur &
egredietur. & pascua inuenet. Fur non uenit

nisi ut furetur· & mactet· & pdat· Ego ueni
ut uitam habeant· & abundantius habeant·
Ego sum pastor· bonus· Bonus pastor· animam
suam dat pro ouibus suis· Mercennarius autem
& qui non est pastor· cuius non sunt oues pprie·
videt lupum uenientem· & dimittit oues &
fugit· Et lupus rapit· & dispgit oues· Mercen
narius autem fugit quia mercennarius est· &
non pertinet ad eum de ouibus· Ego sum pastor·
bonus· & cognosco meas· & cognoscunt me mee·
Sicut nouit me pater· & ego
agnosco patrem·
Et animam meam pono p
ouibus meis·
Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili·
& illas oportet me adducere· & uocem meam
audient· Et fiet unum ouile & unus pastor·
Propterea me pater diligit· quia ego pono ani
mam meam ut iterum sumam eam· Nemo tol
lit eam a me· sed ego pono eam a me ipso· Potes
tatem habeo ponendi eam· & potestatem habeo
iterum sumendi eam· Hoc mandatum accepi
a patre meo· Dissensio iterum facta ē inter iu
deos· propter sermones hos· Dicebant autem
multi ex ipsis· Demonium habet & insanit·
quid eum auditis· Alii dicebant· Hec uerba

nonſunt dœmoniũ habentiſ· Numquid
dœmoniũ poteſt cęcorũ oculoſ aperire·
Facta ſunt autẽ encenia in ieroſolimiſ· & hiemſ
erat· Et ambulabat ihc in templo· in porticu
ſalemoniſ· Circumdederunt ḡ eum iudei· &
dicebant ei· Quouſq; animam nr̃am tolliſ·
Si tu es xp̃c· dic nobiſ palam· Reſpondit eiſ
ihc· Loquor uobiſ· & non creditiſ· Opera quę
ego facio in nomine patriſ mei· hęc teſtimoniũ
phibent de me· Sed uoſ non creditiſ· quia non
eſtiſ ex ouibuſ meiſ· Ouęs męę uocem meam au
diunt· & ego cognoſco eaſ· & ſequuntur me· &
ego uitam ęternam do eiſ· & non peribunt in
ęternum· & non rapiet eaſ quiſquam de manu
mea· Pater meuſ quod dedit mihi maiuſ omni
buſ ẽ· & nemo poteſt rapere de manu patriſ mei·
Ego & pater unum ſumuſ· Suſtulerunt lapi
deſ iudei· ut lapidarent eum· Reſpondit eiſ ihc·
Multa bona opera oſtendi uobiſ ex patre meo·
propter quod eorum opuſ me lapidatiſ· Reſpon
derunt ei iudei· De bono opere non lapidamus
te· ſed de blaſphemia· Et quia tu homo cum ſiſ·
facis te ipſum dm· Reſpondit eiſ ihc· Nonne ſcrip
tum eſt in lege ur̃a· Quia ego dixi dii eſtiſ· Si illoſ
dixit deoſ ad quoſ ſermo dei factuſ ẽ· & non poteſt
ſolui ſcriptura· Quem pater ſcãficauit & miſit in

mundum uos dicitis quia blasphematis quia
dixi di filius sum. Si non facio opera patris me
nolite credere mihi. Si autem facio & si mihi ñ
uultis credere operibus credite ut cognoscatis
& credatis quia inme ē pater & ego in patre.
Quærebant ergo eum adprhendere & exiit de
manibus eorum. Et abiit iterum transiordanen
in eum locum ubi erat iohannes baptizans primū
& mansit illic.
Et multi uenerunt ad eum & dicebant. Quia io
hannes quidem signum fecit nullum. Omnia
autem quæcumq; dixit iohannes de hoc uera
erant. Et multi crediderunt in eum.
Erat autem quidam languens lazarus abethania
de castello mariæ & marthæ sororis eius. Maria
autem erat quæ unxit dñm unguento & extersit
pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infir
mabatur. Miserunt ḡ sorores eius ad eum dicen
tes. Dñe. ecce quem amas infirmatur. Audiens
autem ihc dixit eis. Infirmitas hæc non est ad
mortem sed pro gloria dei. ut glorificetur filius dei
per eam. Diligebat autem ihc martham & sororē
eius mariam & lazarum. Ut ergo audiuit quia
infirmabatur. tunc quidem mansit in eodem lo
co duobus diebus. Deinde post hæc. dicit discí
pulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei

discpli·Rabbi·nunc quærebant te iudei lapidare·
& rursum uadis illuc·? Respondit ihc· Nonne
duodecim hore sunt diei·? Si quis ambulauerit
in die non offendit·quia lucem huius mundi
uidet· Si autem ambulauerit nocte offendit·
quia lux non est in eo· Hec ait·& post hec dicit
eis·Lazarus amicus nr dormit·sed uado ut a som
no exsuscitem eum· Dixerunt ergo discipuli eius·
Dne si dormit·saluus erit· Dixerat autem ihc
de morte eius·illi autem putauerunt·quia de
dormitione somni dicerit· Tunc ergo dixit eis ihc
manifeste·Lazarus mortuus e·& gaudeo propter
uos ut credatis·quoniam non eram ibi·sed eamus
ad eum· Dixit ergo thomas qui dicitur didimus·
ad condiscipulos· Eamus & nos·ut moriamur
cum eo· Uenit itaq; ihc·& inuenit eum quatuor
dies iam in monumento habentem· Erat autem
bethania iuxta ierosolimam·quasi stadios quin
decim· Multi autem ex iudeis uenerant ad mar
tham & mariam·ut consolarentur eas de fre suo·
Martha autem ut audiuit quia ihc uenit·occur
rit illi·Maria autem domi sedebat· Dixit ergo
martha ad ihm· Dne·si fuisses hic·frater meus non
fuisset mortuus· Sed & nunc scio·quia quecumq;
poposceris a deo dabit tibi ds· Dicit illi ihc·Resur
get frater tuus· Dicit ei martha·Scio quia resur

gtt in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei
ihc. Ego sum resurrectio & uita. qui credit in
me & iamsi mortuus fuerit uiuet. Et omnis q̄
uiuit & credit in me non morietur in aeternum.
Credis hoc. Ait illi. Utiq; dñe. Ego credidi quia
tues xp̄c filius di. qui in hunc mundum uenisti.
Et cum hec dixisset. abiit & uocauit mariam
sororem suam silentio dicens. Magister adest.
& uocat te. Illa ut audiuit surgit cito. & uenit
ad eum. Nondum enim uenerat ihc in castellū.
sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei martha.
Iudei igitur qui erant cum ea in domo & consolabantur eam. cum uidissent mariam quia cito
surrexit & exiit secuti sunt eam dicentes. quia
uadit ad monumentum. ut ploret ibi. Maria
ergo cum uenisset ubi erat ihc. uidens eum cecidit ad pedes eius. & dixit ei. Dñe. si fuisses hic.
non esset mortuus frater meus. Ihc g̃ ut uidit
eam plorantem. & iudeos qui uenerant cum ea
plorantes. fremuit spū & turbauit semetipsum & dix.
Ubi posuistis eum. Dicunt ei. Dñe. ueni & uide.
Et lacrimatus e ihc. Dixerunt g̃ iudei. Ecce
quomodo amabat eum. Quidam autem dixer
ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit oculos cęci
facere ut & hic non moreretur. Ihc g̃ rursum
fremens in semetipso. uenit ad monumentum.

Erat autem spelunca· & lapis suppositus erat ei·
Dicit ihc· Tollite lapidem· Dicit ei martha· soror
illius qui mortuus fuerat· Dñe· iam fetet· quatri
duanus enim est· Dicit ei ihc· Nonne dixi tibi·
quia si credideris videbis gl'am dei· Tulerunt ḡ
lapidem· Ihc autem sursum elevatis oculis dixit·
Pater· gr'as ago tibi· quo audisti me· Ego autem
sciebam quia semp me audis· Sed ppter· pplm
qui circumstat dixi· ut credant quia tu me mi
sisti· Hec cum dixisset· voce magna clamavit·
Lazare veni foras· Et statim ꝓdiit qui fuerat
mortuus ligatus manus & pedes institis· & facies
eius sudario erat ligata· Dicit eis ihc· Solvite
eum· & sinite abire· Multi ḡ ex iudeis qui venerant
ad mariam & viderant que fecit· crediderunt
in eum· Quidam autem ex ipsis abierunt
ad phariseos· & dixerunt eis que fecit ihc·

Collegerunt ḡ pontifices & pharisei concilio·
& dicebant· Quid facimus quia hic homo multa
signa facit· Si dimittimus eum sic omnes credent
in eum· & venient romani & tollent nrm
& locum & gentem· Unus autem ex ipsis caiphas
cum esset pontifex anni illius· dixit eis· Vos ne
scitis quicquam nec cogitatis· quia expedit nob
ut unus moriatur homo ꝓ populo· & non tota
gens pereat· Hoc autem a semetipso non dixit·

sed cum esset pontifex anni illius prophetauit
quia ihc moriturus erat pro gente· & non tantu
pro gente· sed ut filios dei qui erant dispersi con
gregaret in unum·

Abillo ergo die cogitabant ut interficerent eu·
Ihc ergo iam non in palam ambulabat apud
iudeos· sed abiit in regionem iuxta desertum·
in ciuitatem que dicitur effrem· & ibi moraba
tur cum discipulis suis· ·X·

PROXIMUM AUTEM ERAT
pascha iudeorum·

Et ascenderunt multi ierosolimam de re
gione ante pascha ut sanctificarent se ipsos· Quere
bant ergo ihm· & colloquebantur ad inuicem
in templo stantes· Quid putatis quia non ueni
et ad diem festum· Dederant autem pontifices
& pharisei mandatum· ut si quis cognouerit
ubi sit indicet· ut apprehendant eum· Ihc g
ante sex dies pasche uenit bethaniam ubi fuerat
lazarus mortuus· quem suscitauit ihc·

Fecerunt autem ei cenam ibi· & martha ministra
bat· Lazarus uero unus erat ex discumbentibus
cum eo· Maria ergo accepit libram unguenti nar
di pistici preciosi & unxit pedes ihu· & extersit
capillis suis pedes eius· & domus impleta est ex
odore unguenti· Dicit ergo unus ex discipulis

cuſ iudaſ ſcariothes· qui erat eum traditurus·
Quare hoc unguentum non uenit trecentis de
narijs· & datum eſt egenis· Dixit autem hoc
non quia de egenis pertinebat ad eum· ſed quia
fur erat· & loculos habens ea que mittebantur
exportabat· Dixit ergo ihc· Sine illam· ut in
diem ſepulture mee ſeruet illud· Pauperes enim
ſemp habetis uobiſcum· me autem non ſemp
habebitis·

I xcvm
S. I. S

Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic
eſt· & uenerunt non ꝓpter ihm tantum· ſed
ut lazarum uiderent quem ſuſcitauit a mortuis·
Cogitauerunt autem principes ſacerdotum
ut & lazarum interficerent· quia multi ꝓpter
illum abibant ex iudeis· & credebant in ihm·

I e
D cc vnm
A xxvnm
L ccxxxnm

In craſtinum autem turba multa que uenerat ad
diem feſtum cum audiſſet quia uenit ihc ieroſo
limam acceperunt ramos palmarum & procſſerunt
obuiam ei· & clamabant· Oſanna benedictus
qui uenit in nomine dñi· rex iſrahel·

I ei
D ccvii

Et inuenit ihc aſellum· & ſedit ſup eum· ſicut
ſcriptum eſt· Noli timere filia ſyon· ecce rex tuus
uenit ſedens ſup pullum aſine·

I o
S. I. S

Hec non cognouerunt diſcipuli eius primum·
ſed quando glorificatus eſt ihc· tunc recordati
ſunt quia hec erant ſcripta de eo· & hec fecerunt

a· Teſtimonium ergo phibebat turba que erat
cum eo quando lazarum uocauit de monumen
to· & ſuſcitauit eum amortuis· Propterea & ob
uiam uenit a turba· quia audierunt eum fe
ciſſe hoc ſignum· Phariſei ergo dixerunt adſe
metipſos· Uidetis quia nihil pficimus· ecce
mundus totus poſt eum abiit· Erant autem
gentiles quidam ex his qui aſcenderunt ut ad
orarent in die feſto· Hi ergo acceſſerunt ad phi
lippum qui erat abetſayda galilee· & rogabant
eum dicentes· Domine· uolumus ihm uidere·
Uenit philippus· & dicit andree· Andreas rur
ſum & philippus· dixerunt ihv·
Ihc autem reſpondit eis dicens· Uenit hora· ut
clarificetur filius hominis·
Amen amen dico uobis· niſi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit· ipſum ſoli
manet· Si autem mortuum fuerit· multum
fructum affert·
Qui amat animam ſuam· pdet eam· Et qui odit
animam ſuam in hoc mundo· in uitam aeter
nam cuſtodit eam·
Siquis mihi miniſtrat· me ſequatur· Et ubi ſum
ego· illic & miniſter meus erit· Siquis mihi mi
niſtrauerit· honorificabit eum pater meus·
Nunc anima mea turbata eſt· Et quid dicam·

Pater· saluum fica me ex hora hac·

Iesum
Salus

Sed ꝓpterea ueni in hanc horam· Pater· clarifica nomen tuum· Uenit ergo uox de ҫelo· Et clarificaui· & iterum clarificabo· Turba autem quę stabat & audierat· dicebat tonitruum factum esse· Alii dicebant· angelus ei locutus est· Respondit ihc & dixit· Non ꝓpter me uox hȩc uenit· sed ꝓpter uos· Nunc iudiciū est mundi· nunc princeps huius mundi eicietur foras· Et Ego si exaltatus fuero a terra· omnia traham ad me ipsum· Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus· Respondit ei turba· Nos audiuimus ex lege· quia xp̃c manet in aternum· Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis· Quis est iste filius hominis· Dixit ergo eis ihc· Adhuc modicum lumen in uobis est· Ambulate dum lucem habetis· ut non tenebrę uos comprehendant· Et qui ambulat in tenebris nescit quo uadat· Dum lucem habetis credite in lucē ut filii lucis sitis· Hec locutus est ihc· & abiit & abscondit se ab eis· Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum· ut sermo ysaye ꝓphetę impleretur quem dixit· Dne quis credidit auditui nr̄o· & brachium dn̄i cui revelatum est·

Propterea non potterant credere· quia rursum dixit
esayas· Excecauit oculos eorum· & indurauit
cor eorum· ut non uideant oculis & intelligant
corde· & conuertantur & sanem eos·
Hec dixit esayas quando uidit gloriam eius &
locutus est de eo· Uerumtamen & ex principib;
multi crediderunt in eum· sed ppter pharisæos
non confitebantur· ut de synagoga non eicerentur· Dilexerunt enim gloriam hominum
magis quam gloriam di·
Ihc autem clamauit & dixit· Qui credit in me
non credit in me· sed in eum qui misit me· Et
qui uidet me uidet eum qui misit me·
Ego lux in mundum uen· ut omnis qui credit
in me in tenebris non maneat· Et si quis audie
rit uerba mea & non custodierit ego non iudi
co eum· Non enim ueni ut iudicem mundum·
sed ut saluificem mundum· Qui spernit me &
non accipit uerba mea· habet qui iudicet eum·
Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in
nouissimo die· quia ego ex me ipso non sum lo
cutus· sed qui misit me pater ipse mihi mandatū
dedit quid dicam· & quid loquar· Et scio quia
mandatum eius uita eterna est· Que ergo ego
loquor· sicut dixit mihi pater sic loquor·

ANTE DIEM AUTEM XI
festum pasche sciens ihc quia uenit eius
hora ut transeat ex hoc mundo ad patrē
cum dilexisset suos qui erant in mundo · in finē
dilexit eos ·

Iexiii
xiiii
Lccleu

Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor
ut tradret eum iudas symonis scariothes ·

Iexiii
xiii
ob exi
L exviii

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus · &
quia ad deū exiuit & ad deū uadit ·

Iexv
xv
Sclf

Surgit a cena · & ponit uestimenta sua · Et cum
accepisset linteum · precinxit se · Deinde mittit
aquam in peluim & cepit lauare pedes discī
pulorum suorum · & extergere linteo quo erat
precinctus · Uenit ergo ad symonem petrum ·
Et dicit ei petrus · Dñe · tu mihi lauas pedes ·
Respondit ihc & dixit ei · Quod ego facio tu
nescis modo · scies autem postea · Dicit ei petrus ·
Non lauabis mihi pedes in eternum · Respondit
ei ihc · Si non lauero te · non habebis partem mecū ·
Dicit ei symon petrus · Dñe · non tantum pedes
meos · sed & manus & caput · Dicit ei ihc · Qui
lotus est non indiget nisi ut pedes lauet · sed est
mundus totus · Et uos mundi estis · sed non oēs ·
Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum ·
propterea dixit · non estis mundi omnes · Postquam
ergo lauit pedes eorum & accepit uestimenta sua ·

cum rtcubuisset rtrum dixit eis· Scitis quid
fecerim uobis·
Uos uocatis me magister & dñe· & bene dicitis·
sum & enim·
Si ergo ego laui uros pedes dñs & magister· &
uos debetis alter alterius lauare pedes· Exem
plum enim dedi uobis· ut quem admodum ego
feci uobis ita & uos faciatis·
Amen amen dico uobis· non est seruus maior do
mino suo· neq; apostolus maior eo qui misit illū·
Si hec scitis· beati eritis si feceritis ea· Non de om
nibus uobis dico· Ego scio quos elegerim· Sed
ut impleatur scriptura· Qui manducat mecū
panem· leuabit contra me calcaneum suum·
Amodo dico uobis priusquam fiat· ut credatis
cum factum fuerit quia ego sum·
Amen amen dico uobis qui accipit si quem misero·
me accipit· Qui autem me accipit· accipit eum
qui me misit·
Cum hec dixisset ihc turbatus est spū· & protestatus
est & dixit· Amen amen dico uobis· quia unus
ex uobis tradet me·
Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hesitantes
de quo diceret·
Erat ergo rtcumbens unus ex discipulis eius in sinu
ihū· quem diligebat ihc· Innuit ergo huic symon

petrus· & dicit ei· Quis est de quo dicit· Itaq;
cum recubuisset ille supra pectus ihv dicit ei·
Dñe quis est· Respondit ihc· Ille est cui ego
intinctum panem porrexero·

i exxiii
viiii
l eelxii

Et cum intinxisset panem· dedit iude symoni
scariothis· Et post buccellam· tunc introiit
in illum satanas·

i exxv
x
s elvs

Dicit ei ihc· Quod facis fac citius· Hoc autem
nemo scivit discumbentium ad quid dixerit
ei· Quidam enim putabant quia loculos habe
bat iudas quia dicit ei ihc· eme ea que opus s
nobis ad diem festum· aut egenis ut aliquid da-
ret· Cum ergo accepisset ille buccellam· exiit
continuo· Erat autem nox· Cum ergo exisset·
dicit ihc· Nunc clarificatus est filius hominis·
& ds clarificatus est in eo· Si ds clarificatus e
in eo· & ds clarificabit eum in semetipso· & con
tinuo clarificabit eum· Filioli· adhuc modicu
tempus vobiscum sum· Quertis me· & sicut
dixi iudeis· quo ego vado· vos non potestis ve
nire· Et vobis dico modo· Mandatum novu
do vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos·
ut & vos invicem diligatis· In hoc cognoscent
omnes quia mei discipuli estis· si dilectionem
habuertis ad invicem·

a i exxvi
b i eelxxxvi
c elxx
l eelxxv

Dicit ei symon petrus· Dñe quo vadis· Respondit

ihc· Quo ego uado non potes me modo sequi·
sequeris autem postea· Dicit ei petrus· Quare
non possum te modo sequi· Animam meam pro
ponam· Respondit ihc· Animam tuam pro me po
nis· Amen amen dico tibi· non cantabit gallus
donec me ter neges·

cxxvm
Et alis

Et ait discipulis suis· Non turbetur cor uestrum·
creditis in deum· & in me credite· In domo patris
mei· mansiones multe sunt· Si quominus dixis
sem uobis quia uado parare uobis locum· Et si
abiero & preparauero uobis locum· iterum ueniо
& accipiam uos ad me ipsum· ut ubi sum ego &
uos sitis· Et quo ego uado scitis· & uiam scitis·
Dicit ei thomas· Dne· nescimus quo uadis· & quo
modo possumus uiam scire· Dicit ei ihc· Ego su
ma· & ueritas· & uita· Nemo uenit ad patrem·
nisi per me· Si cognouissetis me· & patrem meum
utiq; cognouissetis· & amodo cognoscetis eum·
& uidistis eum· Dicit ei philippus· Dne· ostende
nobis patrem· & sufficit nobis· Dicit ei ihc· Tan
to tempore uobiscum sum & non cognouisti
me· Philippe· qui uidet me· uidet & patrem·
Quomodo tu dicis· ostende nobis patrem· Non
credis quia ego in patre· & pater in me est· Verba
que ego loquor uobis· a me ipso non loquor· Pa
ter autem in me manens· ipse facit opera· Non

creditis quia ego in patre & pater in me est.
Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen
dico uobis. qui credit in me opera que ego facio
& ipse faciet. & maiora horum faciet. quia ego
ad patrem uado.

Et quodcumq; petieritis in nomine meo hoc faciã.
Ut glorificetur pater in filio. si quid petieritis
patrem in nomine meo hoc faciam. Si diligitis
me mandata mea seruate. & ego rogabo patrẽ
& alium paraclytum dabit uobis ut maneat
uobiscum in aeternum. spm ueritatis quem
mundus non potest accipere quia non uidet
eum. nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum.
quia apud uos manebit. & in uobis erit. Non
relinquam uos orphanos ueniam ad uos. Adhuc
hoc modicum. & mundus me iam non uidet.
Vos autem uidetis me. quia ego uiuo. & uos
uiuetis. In illo die uos cognoscetis quia ego in
patre meo. & uos in me. & ego in uobis. Qui ha
bet mandata mea & seruat ea. ille est qui diligit

Qui autem diligit me diligetur a patre me
meo. & ego diligam eum. & manifestabo ei me ipsũ.

Dicit ei iudas. non ille scariothes. Onẽ quid fac
tum est quia nobis manifestaturus es te ipsum
& non mundo. Respondit ihc. & dixit ei.

SIQVIS DILIGIT MEVM SERMONEM

mcum ſeruabit· & pat̄r meus diliget eum· & ad
eum uenemus· & mansionem apud eum faciemus· Qui non diligit me· sermones meos n̄ seruat·
Et sermonem quem audistis non est meus· sed eius
qui misit me patris· Haec locutus sum uobis·
apud uos manens·
Paraclytus autem sps̄ scs̄ quem mittet pat̄r in
nomine meo· ille uos docebit omnia & suggeret
uobis omnia quecumq; dixero uobis· Pacem re
linquo uobis· pacem meam do uobis· Non quo
modo mundus dat· ego do uobis· Non turbetur
cor· ur̄m· neq; formidet· Audistis quia ego dixi
uobis· uado & uenio aduos· Si diligeretis me·
gauderetis utiq; quia uado ad patrem· quia pa
t̄r maior· me est· Et nunc dixi uobis priusquā
fiat· ut cum factum fuerit credatis· Iam non
multa loquor· uobiscum· Uenit enim princeps
mundi huius· & in me non habet quicquam·
Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem·
& sicut mandatum dedit mihi pat̄r sic facio·

Surgite· eamus hinc· ·XII·

EGO SVM VITIS VERA

& pat̄r meus agricola est· Omnem palmitē
me non ferentem fructum tollet eum· & omnē
qui fert fructum purgabit eum· ut fructum plus
afferat· Iam uos mundi estis· p̄pter sermonem

quem locutus sum uobis· Manete inme· & ego
in uobis· Sicut palmes non potest ferre fructū
a semetipso nisi manserit in uite· sic nec uos nisi
in me manseritis· Ego sum uitis· uos palmites·
Qui manet in me & ego in eo· hic fert fructum
multum· quia sine me nihil potestis facere· Si
quis in me non manserit· mittetur foras sicut
palmes & arescet· & colligent eum· & in ignem
mittent & ardet·

Si manseritis in me & uerba mea in uobis manse
rint· quodcunq; uolueritis petetis· & fiet uobis·

In hoc clarificatus est pater meus ut fructum
plurimum afferatis· & efficiamini mei discipuli·
Sicut dilexit me pater· & ego dilexi uos· Mane
te in dilectione mea· Si precepta mea seruaueri
tis manebitis in dilectione mea· sicut & ego patris
mei precepta seruaui· & maneo in eius dilectione·
Hec locutus sum uobis· ut gaudium meum in
uobis sit· & gaudium uestrum impleatur· Hoc est
preceptum meum ut diligatis inuicem· sicut di
lexi uos·

Maiorem hac dilectionem nemo habet· ut animā
suam quis ponat pro amicis suis·

Uos amici mei estis· si feceritis que ego precipio uobis·
Iam non dicam uos seruos· quia seruus nescit quid
faciat dominus eius· Uos autem dixi amicos·

quia omnia quecumq; audiui a patre meo no
ta feci uobis· Non uos me elegistis sed ego elegi
uos· & posui uos ut eatis & fructum afferatis· &
fructus uester maneat·

Ut quodcumq; petieritis patrem in nomine meo
det uobis·

Hec mando uobis· ut diligatis inuicem· Si mun
dus uos odit· scitote quia me priorem uobis
odio habuit· Si de mundo fuissetis· mundus
quod suum erat diligeret· Quia uero de mun
do non estis sed ego elegi uos de mundo· propterea
odit uos mundus·

Memento sermonis mei quem ego dixi uobis· ñ
est seruus maior domino suo·

Si me persecuti sunt· & uos persequentur· Si sermo
nem meum seruauerunt· & uñm seruabunt·

Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum·
Quia nesciunt eum qui misit me·

Si non uenissem & locutus fuissem eis· peccatum
non haberent· Nunc autem excusationem non
habent de peccato suo·

Qui me odit· & patrem meum odit·

Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit·
peccatum non haberent; Nunc autem & uide
runt· & oderunt & me & patrem meum· Sed
ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus

est·quia odio habuerunt me gratis· Cum aũt
uenerit paraclytus quem ego mittam uobis apa
ut spm ueritatis qui a patre procedit· ille testi
monium phibebit de me· Et uos testimoniũ
phibebitis· quia ab initio mecum estis· Hec locu
tus sum uobis ut non scandalizemini· absq;
synagogis facient uos·

Ieχlvi
dñi ceelum
dñi exxviii
Leel

Sed uenit hora· ut omnis qui interficit uos arbi
tretur obsequium se prestare dõ· Et hec facient
uobis· quia non nouerunt patrem neq; me·
Sed hec locutus sum uobis· ut cum uenerit hora
eorum reminiscamini quia ego dixi uobis·

Ieχlvii
s. Solvs

Hec autem uobis ab initio non dixi· quia uobis
cum eram· Vt nunc Vado ad eum qui me mi
sit· & nemo ex uobis interrogat me· quo uadis·
Sed quia hec locutus sum uobis· tristicia imple
uit cor urm· Sed ego ueritatem dico uobis· ex
pedit uobis ut ego uadam· Si enim non abiero·
paraclytus non ueniet ad uos· Si autem abiero·
mittam eum ad uos· Et cum uenerit· ille ar
guet mundum de peccato· & de iustitia· & de
iudicio· De peccato quidem· quia non credu
unt me· De iustitia uero· quia ad patrem uado·
& iam non uidetis me· De iudicio autem· quia
princeps mundi huius iudicatus est· Ad huc
multa habeo uobis dicere· sed non potestis por

tart modo· Cum autem uenerit ille ſp̃s ueritatis· docebit uos omnem ueritatem· Non enim loquetur a ſemetipſo· ſed quęcumq; audiet loquetur· & quę uentura ſunt adnunciabit uob̃. Ille me clarificabit· quia de meo accipiet & adnunciabit uobis·

lexlvm vim Dexi Dexvm

Omnia quęcumq; habet pater mea ſunt· Propter ea dixi quia de meo accipiet & annunciabit uob̃.

lexlvm Solvs

Modicum & iam non uidebitis me· & iterum modicum & uidebitis me· quia uado ad patrem· Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem· Quid eſt hoc quod dicit nobis modicum & non uidebitis me· & iterum modicum & uidebitis me· & quia uado ad patrem· Dicebant ergo· Quid eſt hoc quod dicit modicum· Neſcimus quid loquitur· Cognouit ergo ihc quia uolebant eum interrogare· & dixit eis· De hoc quęritis inter uos quia dixi modicum & non uidebitis me· & iterũ modicum & uidebitis me· Amen amen dico uobis· quia plorabitis & flebitis uos· mundus autem gaudebit· Vos autem contriſtabimini· ſed triſticia uẽa uertetur in gaudium· Mulier cum parit triſticiam habet· quia uenit hora eius· Cum autem peperit puerum iam non meminit preſſure· ꝓpter gaudium· quia natus eſt homo in mundũ· Et uos igitur· nunc quidem triſticiam habetis·

Iterum autem uidebo uos· & gaudebit cor uŕm·
Et gaudium uŕm nemo tollet a uobis· Et in
illo die me non rogabitis quicquam·

Ieh
Tim
Dcxvi
K
Dcxxv
Amen amen dico uobis· si quid petieritis patrem
in nomine meo· dabit uobis· Usq; modo non
petistis quicquam in nomine meo· Petite & acci
pietis· ut gaudium uŕm sit plenum·

Iel
X
Sals
Hec in prouerbiis locutus sum uobis· Uenit hora
cum iam non in prouerbiis loquar uobis· sed palam
de patre annunciabo uobis· Illo die· in nomine
meo petetis· Et non dico uobis· quia ego rogabo
patrem de uobis· Ipse enim pater amat uos· quia
uos me amastis· & credidistis quia ego a deo exiui·
Exiui a patre· & ueni in mundum· Iterum re
linquo mundum· & uado ad patrem· Dicunt
ei discipuli eius· Ecce nunc palam loqueris· &
prouerbium nullum dicis· Nunc scimus quia scis
omnia· & non opus est tibi ut quis te interroget·
In hoc credimus quia a deo existi·

Ielu
X
Dcclxxxvii
Delxvii
Respondit eis ihc· Modo creditis· Ecce uenit hora
& iam uenit ut dispgamini unusquisq; in ppria·
& me solum relinquatis· Et non sum solus· quia
pater mecum est·

Ielus
X
Salvs
Hec locutus sum uobis· ut in me pacem habeatis·
In mundo pressuram habebitis· sed confidite·
ego uici mundum·

Hec locvtvs est ihc · xiii ·
& sublevatis oculis in cęlum dixit · Pa
ter · venit hora · clarifica filium tuum ·
vt & filius tuus clarificet te · Sicut dedisti ei
potestatem omnis carnis · vt omne quod dedisti
ei det eis vitam æternam · Hæc est autem vita
æterna · vt cognoscant te solum verum dm̃ · &
quem misisti ihm̃ xp̃m · Ego te clarificavi sup
terram · opus consummavi quod dedisti mihi ut
faciam · Et nunc clarifica me tu pater apud te
metipsum · claritate quam habui priusquam
mundus esset apud te · Manifestavi nomen tuũ
hominib; quos dedisti mihi de mundo · Tui erant
& mihi eos dedisti · & sermonem tuum servavẽ
runt · Et nunc cognoverunt quia omnia quæ
dedisti mihi abste sunt · quia verba quę dedisti m̃
dedi eis · Et ipsi acceperunt · & cognoverunt vere
quia a te exivi · & crediderunt quia tu me misisti ·
Ego pro eis rogo · non pro mundo rogo · sed pro his quos
dedisti mihi quia tui sunt · & mea omnia tua sunt ·
& tua mea sunt · & clarificatus sum in eis · Et iam
non sum in mundo · & hi in mundo sunt · & ego
ad te venio · Pater sc̃e · serva eos in nomine tuo quo̅
dedisti mihi · vt sint unum sicut & nos · Cum eẽm
cum eis ego servabam eos in nomine tuo · Quos
dedisti mihi custodivi · & nemo ex his perivit nisi

filiuſ pdtionis· vt ſcriptura implcatur· Nunc
autem adtt uenio· & hęc loquor in mundo· ut
habeant gaudium meum implctum in ſemetipſis.
Ego dedi eis ſermonem tuum· & mundus odio
eos habuit quia non ſunt de mundo· ſicut & ego
non ſum de mundo· Non rogo ut tollas eos de
mundo· ſed ut ſerues eos ex malo· De mundo non
ſunt· ſicut & ego non ſum de mundo· Sc̃ifica eos
in ueritate; ſermo tuus ueritas eſt· Sicut tu me
miſiſti in mundum & ego miſi eos in mundum;
& pro eis ego ſc̃ifico me ipſum· ut ſint & ipſi ſc̃ificati
in ueritate· Non pro his autem rogo tantum· ſed &
pro his qui credituri ſunt per uerbum eorum in me·
ut omnes unum ſint· ſicut tu pater in me & ego
in te· ut & ipſi in nobis unum ſint· ut mundus
credat quia tu me miſiſti· Et ego claritatem
quam dediſti mihi dedi eis· ut ſint unum· ſicut
& nos unum ſumus· Ego in eis & tu in me· ut ſint
conſummati in unum· & cognoſcat mundus quia
tu me miſiſti· & dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti·
Pater· quos dediſti mihi· uolo ut ubi ego ſum &
illi ſint mecum· ut uideant claritatem meam
quam dediſti mihi· quia dilexiſti me ante conſti
tutionem mundi·

Ieiun
viii
dñica
Lxxvm

Pater iuſte· & mundus te non cognouit· ego aũt
te cognoui·

Ielv
Selvs

Et hi cognouerunt quia tu me misisti: & notum
feci eis nomen tuum & notum faciam· vt dilectio
qua dilexisti me in ipsis sit· & ego in ipsis·

Ielvi
Yi
Ceexci
Celxxxi
Leelxxxviii

Hec cum dixisset ihc· Egressus est cum discipu
lis suis trans torrentem cedron ubi erat ortus· in quem in
troiuit ipse & discipuli eius·

Ielvii
Selvs

Sciebat autem & iudas qui tradebat eum locum·
quia frequenter ihc conuenerat illuc cū discipulis suis·

Ielviii
Yi
Ceec
Celxxxi
Leelxxxv

Iudas ergo cum accepisset cohortem· & a pontifici
bus & phariseis ministros· uenit illuc cum laternis
& facibus & armis·

Ielviii
Selvs

Ihc itaq; sciens omnia que uentura erant super eum·
processit & dicit eis· Quem quaritis· Respondерunt
ei· Ihm nazarenum· Dicit eis ihc· Ego sum·
Stabat autem & iudas qui tradebat eum cum
ipsis· Ut ergo dixit ei· ego sum· abierunt retrorsum
& ceciderunt interram· Iterum ergo interroga
uit eos· Quem quaritis· Illi autem dixerunt·
Ihm nazarenum· Respondit eis ihc· Dixi uobis·
quia ego sum· Si ergo me quaritis· sinite hos ab
ire· Vt impleretur sermo quem dixit· Quia quos
dedisti mihi non perdidi ex ipsis quemquam·

Ielx
Yi
Ceecu
Celxxxii
Leelxxxvi

Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum·
& percussit pontificis seruum· & abscidit eius au
riculam dextram· Erat aut nom seruo malchus·

Ielxi
Yi
Ceexcui
Celxxv
Leelxxx

Dixit ergo ihc petro· Mitte gladium in uaginam·

Calicem quem dedit mihi pat̃r nonbibam illū.

Ielxvi
Telxxvi
Celxxxvii
Leexc

Cohors ergo & tribunus & ministri iudeorum cō
prhenderunt ih̃m. & ligauerunt eum.

Ielxvii
Solvs

Et & duxerunt eum ad Annan primum. Erat en̄
socer cayphę. qui erat pontifex anni illius. Erat
autem cayphas qui consilium dederat iudeis.

Ielxviii
Telxxviii
Celxxxviii

quia expedit unum hominem mori p̄ populo.
Sequebatur aut̄ ih̃m symon petrus & alius discꝰs.

Ielxix
Solvs

Discipulus autem ille erat notus pontifici. & intro
iuit cum ih̃u in atrium pontificis.

Ielxx
Telxxix
Celxxxix
Lexcv
Leexci

Petrus autem stabat ad ostium foris.
Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifi
ci & dixit ostiarię. & introduxit petrum.

Ielxxi
Solvs

Ielxxii
Telxxx
Celxxxx
Lexcvi
Leexcii

Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Numquid & tu
ex discipulis es hominis istius. Dicit ille. Nonsum.

Ielxxiii
Solvs

Stabant autem serui & ministri ad prunas quia
frigus erat. & calefaciebant se. Erat autem cum eis
& petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo in
terrogauit ih̃m de discipulis suis. & de doctrina ei⁹.

Ielxxiv
Telxxxi
Ceexcvii
Celxxxxi
Leelxxxxvii

Respondit ei ih̃c. Ego palam locutus sum mundo.
ego semp docui in synagoga & in templo quo oms
iudei conueniunt. & in occulto locutus sū nihil.

Ielxxv
Solvs

Quid me interrogas. interroga eos qui audierunt.
quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt. quae
dixerim ego.

Ielxxvi
Telxxxii
Ceexcviii
Cexcv
Leexcii

Hec cum dixisset. vnus assistens ministrorum de

dit alapam ihv dicens· Sic rspondes pontifici·
Respondit ei ihc· Si male locutus sum testimoniū
phibe de malo· Si autem bene· quid me cedis·
Et misit eum annas ligatum ad cayphan pontificē·
Erat autem symon petrus stans & calefaciens se·
Dixerunt ergo ei· Numquid & tu ex discipulis eius
es· Negauit ille & dixit· Non sum· Dicit unus
ex seruis pontificis· cognatus eius cuius abscidit
petrus auriculam· Nonne ego te uidi in orto cūillo·
Iterum ergo negauit petrus· Et statim gallus
cantauit·

XIIII·

DDVCUNT ERGO IHM
a caypha in prtorium· Erat aūt mane·
Et ipsi non introierunt in prtorium ut non con
taminarentur· sed manducarent pascha· Exiit
pilatus ad eos foras· & dixit· Quam accusationē
affertis aduersus hominem hunc· Responderunt
& dixerunt ei· Si non esset hic malefactor· non
tibi tradidissemus eum· Dicit ergo eis pilatus·
Accipite eum uos· & secdm legem uram iudicate eū·
Dixerunt ergo ei iudei· Nobis non licet interfice
re quemquam· Vt sermo ihū impleretur quem
dixit· Significans qua morte esset moriturus·
Introiit ergo iterum in prtorium pilatus· & uo
cauit ihūm· & dixit ei· Tues rex iudeorum· Respon
dit ihc· A temetipso hoc dicis· an alii tibi dixerunt
de me·

Respondit pilatus· Numquid ego iudeus sum·
Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi· quid
fecisti· Respondit ihc· Regnum meum· non est
de hoc mundo· Si ex hoc mundo esset regnum
meum· ministri mei utiq; decertarent ut non tra
derer iudeis· Nunc autem· regnū meū non ē hinc·
Dixit itaq; ei pilatus· Ergo rex es tu· Respondit
ihc· Tu dicis· quia rex sum ego·
Ego in hoc natus sum & ad hoc uenī in mundum·
ut testimonium phibeam ueritati· Omnis qui est
ex ueritate audit uocem meam· Dicit ei pilatus·
Quid est ueritas· Et cum hoc dixisset· iterum ex
iit ad iudeos· & dixit eis·
Ego nullam in uenio in eo causam·
Est autem consuetudo uobis ut unum dimittam
uobis in pascha· Uultis ergo dimittam uobis
regem iudeorum·
Clamauerunt rursum omnes dicentes· Non hunc·
sed barabban· Erat autem barabbas latro·
Tunc ergo apprehendit pilatus ihm & flagella
uit· Et milites plectentes coronam de spinis im
posuerunt capiti eius· & uestem purpuream circum
dederunt eum· & ueniebant ad eum & dicebant·
Aue rex iudeorum· Et dabant ei alapas·
Exiit iterum pilatus foras· & dicit eis· Ecce addu
co uobis eum foras· ut cognoscatis quia in eo nullā

causam inuenio·

Exiit ergo ihc portans spinceam coronam & pur
purtum uestimentum· & dicit eis· Ecce homo·

Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri·
clamabant dicentes· Crucifige crucifige eum·

Dicit eis pilatus· Accipite eum uos & crucifigite·
Ego enim non inuenio in eo causam·

Responderunt iudei· Nos legem habemus· &
secundum legem debet mori· quia filiū dei fecit·

Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem magis
timuit· & ingressus est in pretorium iterum· &
dicit ad ihm· Unde es tu· Ihc autem responsum
non dedit ei·

Dicit ergo ei pilatus· Mihi non loqueris· nescis quia
potestatem habeo crucifigere te· & potestatem
habeo dimittere te· Respondit ihc· Non haberes
potestatem aduersum me ullam· nisi tibi esset da
tum desuper· Propterea qui tradidit me tibi· maius
peccatum habet· Exinde querebat pilatus di
mittere eum· Iudei autem clamabant dicentes·
Si hunc dimittis· non es amicus cesaris· Omnis q
se regem facit· contradicit cesari· Pilatus ergo
cum audisset hos sermones adduxit foras ihm·
& sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos·
hebraice autem gabatha· Erat autem parasceue
pasche· hora quasi sexta· Et dicit iudeis· Ecce rex

vr·

Illi autem clamabant· Tolle tolle· crucifige eum·
Dicit eis pilatus· Regem uꝝm crucifigam· Respon
derunt pontifices· Non habemus regē nisi cesarē·
Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigerētur·
Susceperunt autē iēm & eduxerunt· & baiolans
sibi crucem exiit in locum qui dicitur caluarie
locum hebraice autē golgotha· ubi eū crucifixer̄·
Et cum eo alios duos hinc & hinc· medium autem
iēm· Scripsit autem & titulum pilatus· & posu
it sup crucem· Erat autē scriptum· iēs nazarenus
rex iudeorum·
Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum·
quia ppe ciuitatem erat locus ubi crucifixus ē iēs·
Et erat scriptum hebraice· grece & latine· Dicebat
ergo pilato pontifices iudeorum· Noli scribere
rex iudeorum· sed quia ipse dixit· rex sum iudeoꝝ·
Respondit pilatus· Quod scripsi scripsi·
Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt ues
timenta eius· & fecerunt quatuor partes· unicuiq;
militi partem· & tunicam· Erat autē tunica in
consutilis· desup contexta p totum· Dixerunt ḡ
ad inuicem· Non scindamus eam· sed sortiamur
de illa cuius sit· Ut scriptura impleretur dicens·
Partiti sunt uestimenta mea sibi· & in uestem meā
miserunt sortem· Et milites quidem hec fecerunt·
Stabant autem iuxta crucem iēu mater eius· &

soror matris eius maria cleop̃ & maria magda
leñ Cum uidisset ergo ihc matrem & discipul̃
quem diligebat dixit matri suã Mulier ecce
filius tuus Deinde dicit discipulo Ecce mater
tua Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua
Lcum
T iiii
Dcccxxxiii
&
Dccxi
Posta sciens ihc quia omnia consummata sunt
ut consummaretur scriptura dicit Sitio Uas q̃
positum erat aceto plenum Illi aũt spongiam
plenam aceto hysopo circumponentes obtule
runt ori eius
Lccm
T i
Dcccxlm
&
Dccxxm
Lccxxviii
Cum ergo accepisset ihc acetum dixit Consum
matum est Et inclinato capite tradidit spm
Lccv
T
Dclx
Iudei ergo quo parasceue erat ut non remanerent
in cruce corpora sabbato erat enim magnus dies
ille sabbati rogauerunt pilatum ut frangerent̃
eorum crura & tollerentur Uenerunt ergo mili
tes & primi quidem fregerunt crura & alterius
qui crucifixus est cum eo Ad ihm aũt cum uenis
sent ut uiderunt eum iam mortuum non fregr
runt eius crura Sed unus militum lancea latus
eius aperuit & continuo exiuit sanguis & aqua
Et qui uidit testimonium phibuit & uerum ẽ
testimonium eius Et ille scit quia uera dicit ut
& uos credatis Facta sunt enim haec ut scriptura
impleretur Os non comminuetis ex eo Et alia iterũ
scriptura dicit Uidebunt in quem transfixerun

Iccvi
Dcccxlviii
Dcccxxvii
Lcccxxxiii

Post hꝛec autem rogauit pilatum ioseph abari-
mathia eo quod esset discipulus ihū occultus
autem ꝓpter metum iudeorum vt tolleret
corpus ihū. Et ꝓmisit pilatus. Venit ergo. &
tulit corpus ihū.

Iccvii
x
Solvs

Venit autem & nichodemus qui uenerat ad ihm
nocte primum furtiꝫ mixturam myrrꝫ & aloes
quasi libras centum.

Iccviii
Dcccxlviii
Dcccxxvii
Lcccxxxiii

Acceperunt ergo corpus ihū. & ligauerunt eum
linteis cum aromatibus sicut mos iudeis est sepe
lire. Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus.
& in orto monumentum nouum in quo nondū
quisquam positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen
iudeorum quia iuxta erat monumentum
posuerunt ihm.

Iccviiii
i
Dcccli
Dcccxxxvi
Lcccxxxvi

Vna autem sabbati maria magdalenꝫ uenit mane
cum adhuc tenebrꝫ essent ad monumentum. &
uidit lapidem sublatum a monumento.

Iccx
x
Solvs

Cucurrit ergo, & uenit ad symonem petrum & ad alium
discipulum quem amabat ihc. & dicit eis. Tule
runt dnm de monumento. & nescimus ubi posu
erunt eum. Exiit ergo petrus & ille alius discipu
lus. & uenerunt ad monumentum. Currebant
autem duo simul. & ille alius discipulus prcu
currit citius petro. & uenit prior ad monumentū.
Et cum se inclinasset uidit posita linteamina.

non tamen introiuit· Uenit ergo symon petrus
sequens eum· & introiuit in monumentum· &
uidit linteamina posita· & sudarium quod fue
rat sup caput eius non cum linteaminib; positum·
sed separatim inuolutum in unum locum· Tunc
ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat prim⁹
ad monumentum· & uidit & credidit· Nondum
enim sciebant scripturam· quia oportuit eum
a mortuis resurgere·

Abierunt ergo rursum ad semetipsos discipuli· Maria
autem stabat ad monumentum foris plorans·
Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in mo
numentum· & uidit duos angelos in albis sedeñ
tes· unum ad caput & unum ad pedes ubi positū
fuerat corpus ihū·

Dicunt ei illi· Mulier· quid ploras· Dicit eis· Quia
tulerunt dñm meum· & nescio ubi posuerunt eū·
Hec cum dixisset· conuersa est retrorsum & uidit
ihm stantem· & nesciebat quia ihc est· Dicit ei ihc·
Mulier· quid ploras· quem queris· Illa existimans
quia ortulanus esset· dicit ei· Dñe· si tu sustulisti
eum· dicito mihi ubi posuisti eum· & ego eum tollā·
Dicit ei ihc· Maria· Conuersa illa· dicit ei· Rabbo
ni· quod dicitur magister· Dicit ei ihc· Noli me
tangere· nondum enim ascendi ad patrem meum·
Uade autem ad fratres meos· & dic eis· Ascendo ad

patrem meum & patrem ur̄m· & d̄m meum· &
d̄m ur̄m· Uenit maria magdalene annuncians
discipulis· quia uidi d̄nm· & hec dixit mihi·

Icccxiii
viiii
Lcccxl

Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum & fo
res essent clause ubi erant discipuli congregatu
pptter metum iudeorum· venit ih̄c & stetit in
medio· & dicit eis· Pax uobis· Et cum hoc dixis
set· ostendit eis manus & latus·

Icccxiii
x
Solus

Gauisi sunt ergo discipuli· uiso d̄no· Dixit ergo eis
rursum· Pax uobis· Sicut misit me pat̄r· & ego
mitto uos· Hoc cum dixisset· insufflauit· & dic̄
eis· ℔ccipite sp̄m sc̄m·

Icccxv
xvii
dclxxxv

Quorum remiseritis peccata remittuntur eis· &
quorum retinueritis retenta sunt·

Icccxvi
x
Solus

Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didi
mus· non erat cum eis quando uenit ih̄c· Dixer̄
ergo ei alii discipuli· Uidimus d̄nm· Ille aut̄ dixit
eis· Nisi uidero in manibus eius fixuram clauor̄
& mittam digitum meum in locum clauorum·
& mittam manum meam in latus eius n̄ credam·

Icccxvii
viiii
Lcccxl

Et post dies octo· iterum erant discipuli eius intus·
& thomas cum eis· Uenit ih̄c ianuis clausis· & ste
tit in medio & dixit· Pax uobis· Deinde dicit
thome· Infer digitum tuum huc & uide manus
meas· & affer manum tuam & mitte in latus meū·
& noli esse incredulus sed fidelis· Respondit

thomas·& dixit ei· Dñs meus·& ds meus·
Dicit ei ihc·Quia uidisti me credidisti· beati qui
non uiderunt & crediderunt· Multa quidem
& alia signa fecit ihc in conspectu discipulorũ
suorum·quę non sunt scripta in libro hoc· hec
autem scripta sunt ut credatis quia ihc est xpc
filius di· Et ut credentes uitam habeatis in
nomine eius·

Postea manifestauit se iterum ihc ad mare tybe
riadis· manifestauit autem sic· Erant simul
symon petrus & thomas qui dicitur didimus·
& nathanael qui erat a chana galileę·& filii ze
bedei·& alii ex discipulis eius duo· Dicit eis sy
mon petrus· Vado piscari· Dicunt ei· Uenimus
& nos tecum· Et exierunt & ascenderunt na
uim·& illa nocte nihil prendiderunt· Mane
autem iam facto· stetit ihc in litore· non tamen
cognouerunt discipuli· quia ihc est· Dicit ergo
eis ihc· Pueri·numquid pulmentarium habetis·
Responderunt ei·Non· Dixit eis· Mittite in dex
teram nauigii rete·& inuenietis· Miserunt ergo·
& iam non ualebant illud trahere pre multitu
dine piscium·

Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihc petro·
Dñs est· Symon petrus cum audisset quia dñs e
tunica succinxit se· erat enim nudus·& misit se

in mare. Alii autem discipuli nauigio uenerunt.
Non enim longe erant a terra. sed quasi cubitus du
centi. trahentes rete piscium.

Ut ergo descenderunt in terram uiderunt primas
positas. & piscem sup positum & panem. Dicit eis
ihc. Afferte de piscibus. quos prendidistis nunc.

Ascendit symon petrus. & traxit rete in terram ple
num magnis piscibus. centum quinquaginta
tribus. Et cum tanta essent. non est scissum rete.

Dicit eis ihc. Venite prandete.

Et nemo audebat discumbentium interrogare eum.
tu quis es. scientes quia dns est.

Et uenit ihc & accepit panem & dat eis.
& piscem similiter.

Hoc iam tertio manifestatus est ihc discipulis suis.
cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandis
sent. dicit symoni petro ihc. Symon iohannis
diligis plus his.

Dicit ei. Etiam dne. tu scis quia amo te.

Dicit ei. Pasce agnos meos.

Dicit ei iterum. Symon iohannis diligis me. Ait
illi. Etiam dne. tu scis quia amo te. Dicit ei.
Pasce agnos meos.

Dicit ei tertio. Symon iohannis amas me. Con
tristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me.
& dicit ei. Dne. tu omnia scis. tu scis quia amo te.

Dicit ei· Pasce oues meas·
Amen amen dico tibi· cum esses iunior· cingebas te
& ambulabas ubi uolebas· cum autem senueris
extendes manus tuas & alius te cinget· & ducet
quo non uis· Hoc autem dixit· significans qua
morte clarificaturus esset dm· Et cum hoc dix
isset· dicit ei Sequere me· Conuersus petrus·
uidit illum discipulum quem diligebat ihc se
quentem· qui & recubuit in cena sup pectus eius
& dixit· Dne quis est qui tradet te· Hunc ergo
cum uidisset petrus· dicit ihu· Dne· hic aut quid·
Dicit ei ihc· Si sic eum uolo manere donec ueniam·
quid ad te· Tu me sequere· Exiuit ergo sermo
iste inter frs· quia discipulus ille non moritur·
Et non dixit ei ihc quia non moritur· sed si eum
uolo manere donec ueniam quid ad te· Hic est
discipulus qui testimonium phibet de his· & scrip
sit hec· Et scimus quia uerum est testimonium
eius· Sunt autem & alia multa quae fecit ihc·
quae si scribantur p singula· nec ipsum arbitror
mundum capere eos qui scribendi sunt libros·